1a



OMINE NE IN FVRORE TVO ARguas me, neq; in ira tua corripias me.

IAM EGO FACTVRVS AVDITORES optimi, quod facere solent qui se recipiunt in hortum herbis et floribus ornatissimum. Legunt hij uel herbas ad usum, uel flores ad oblectationem. Vtuntur herbis in omne genus medicaminum. Hinc unguenta, hinc pharmaca, emplastra, cataplasmata pastilliq; fiunt: et cætera quibus corpora uel suauiter uel salubriter affici solent. Ego uero nunc hortum sacræ scripturę latissimum ingressus: omnia quæ medicantur animę similiter inuenio. Verum ut est ipsa patens ac lata: ita penitiorem et minorem quendam habet hortulum, selectis solum herbis atq; floribus Rosis silicet, Lilijs, Violis, Anethis, Ligustris, Ambrosia, Meliloto, Libanoti, Croco, Narcisso, cæterisq; paribus abunde consitum. Quorum uirtutes et gratias singulatim animo uolutans, ineffabilem dei creatoris bonitatem admirabar, in lachrimasq; pœnæ gratas ac suaues, fusus talia declamitabam. A.

BENEDICTVS deus qui tantam uirtutem herbis, qui talem uim et uenustatem floribus indidit. Verum ut clare quod dicitur explicemus: Hortulus iste liber est psalmorum prophetę Dauid: quo prestantissima quidem, et efficacissima continentur animarum antydota. Sed et ex hijs floridissimi sunt et præcipui septem illi penitentiales psalmi, quibus (deo duce) uos ita conspergam: ut unusquisq; uestrum et penitendo gratiam, et mox iuste pieq; uiuendo, glorię sempiternę postremo solatium obtineat. Tanta est enim horum uirtus, tanta potentia, tanta uiuacitas, ut nemo sit qui diligẽtius naturam horum fuerit scrutatus: quin statim maturum aduersus animę morbos remedium inueniat. Nam quicquid sub ulla septem ętatum perpetratur, quicquid infanti, puero, adolescenti, iuueni, uiro, seni, uel decrepito spiritualis et interni uulneris infligitur: horum certa post frequentem meditationem imitatio tam solide curabit: ut in octaua quidem ætate hoc est die reuelationis iusti iudicij, saluus et integer apparere possit. Septem itaq; florum B.

Scriptura horto comparata.

Virtus et efficacia septẽ psalmorum.

pulcherimorum primum quem in usum decerpsi uestrum, instante quadragenario ieiunio uobis contradam: alios alias oportune non absimili uoto decerpturus. Sed illius primi floris nomen ut agnoscatis, est Sextus psalmus Dauid, quem nũc in manibus habemus. Huius psalmi titulus est DE OCTAVA, et ętatē designat octauam: hoc est postremi iudicij diem. Quem quidam affirmabāt uēturũ post septem millia annorum (ab orbe cõdito supputantibus) Sed discipulis quærentibus de die isto Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel: Respõdit IESVS, Non est uestrum nosse tempora uel momēta quæ posuit pater in potestate sua. Quamuis enim elapsum tempus ab exordio mundi omnibus pateat: uēturum tamen nemo est qui sciat, quando scribitur De die et hora illa nemo scit: neq; Angeli in cœlo, neq; filius, nisi solus pater. Per hoc quod dicitur neq; filius non separatur filius ab hac sciētia, sed nec spiritus sanctus: cum una sit et eadē notitia sicut una et eadem substantia triũ personarum. Nam dictio exclusiua addita uni personę in diuinis respectu termini essētialis personam aliam non excludit: ut diffusius primo Sentētiarum libro tractatur. Quod ergo dicitur neq; filius, non in eam partem dictum intelligitur, ꝙ filius hunc non norit diem: sed ꝙ huius diei certitudinem determinatam ue notitiam alijs non cõmunicauerit, nec ulli mortalium manifestari uoluerit. Propter quod habet idem locus apud Mattheum Sicut in diebus Noe: ita erit et aduētus filij hominis. Ita erit inquit aduentus filii hominis. Quid sibi uult ista cõparatio? Nihil aliud hæc uerba prorsus innuũt, quam ꝙ repente uel ex improuiso futurus sit. Sicut enim comedētes, bibentes, nuptuiq; tradentes, diluuium oppressit: sic etiam subita ac improuisa mors male uiuētibus aderit, sic omnibus extremi iudicij dies repentinus erit. Dies enim dñi sicut fur in nocte ita ueniet. Et quum dixerit pax pax, et securitas: tunc repentinus superueniet eis interitus, sicut dolor in utero habentis et non effugient. Quemadmodum fur per insidias adoritur et ignaros inuadit occulte: sic inexpectatus dolor mortis obrepit impijs. Et quo magis carnales et uoluptarij dicunt pax pax, et securitas:

[Margin notes: Tempus iudicij. — Act. j. — Judicij dies incerta. — Mat. 24. Expo. — Pri. sent. — Mat. 24. Expo. — Gen. 7. — 1. Thess. 5. — 1. Thes. 1. Expo.]

securitas: tanto celerior et grauior instabit eis perditio. Quocirca non temere scriptum est Sicut usq; in diem qua intrauit archam Noe, non cognouerunt donec uenerat diluuium et omnes tulit, ita erit aduentus filij hominis. Tunc quicunq; uentri inseruiebãt: quicunq; ebrietati, carni, lasciniç: quicunq; uoluptati ac genio indulgebant suo: subitis undis exhausti, subitis fluctibus e medio sublati sunt, subitoq; perierunt omnes. Et quid aliud expectandum est q̃ similis casus similem uitam exercentibus? Quid expecttandum aliud q̃ ut contemptores dei uicijs dediti, subito uocentur ad iudicium? subito statuant ad tribunal, ut accusati (meritis exigẽtibus) condemnentur? O iudicia dei q̃ incomprehensibilia sunt. O q̃ uehemẽs, o q̃ graue iudicium dei. Lento procedit gradu: sed tarditatem profecto supplicij grauitate compensat. Iudicia dei abyssus multa. Iudicia dei tam profunda, tam alta, tam longa, tam lata, tam incõmensurabilia sunt, ut nullus unq̃ ad eorum cognitionem attingere potuerit. O iudicia dei, q̃ tremenda, q̃ horribilia, q̃ secreta sunt? Audite iudicia dei, Deus semel mundũ iudicauit p aquam, semel iudicauit quinq; ciuitates per ignem, deposuit Nabugodonosor a regno, Dauid in regem elegit, Danielem a leonibus protexit, Ioseph sublimauit, Susannam liberauit, Iob probauit, Publicano peccata remisit, Lazarũ in sinu Abrahç collocauit, diuitem epulonem quem bonis temporarijs dotauit: tandem æternæ morti penitus addixit. Ecce metuenda dei iudicia: qualibus iterum iudicabit terram, damnabit homines impie degentes, et aream permũdans triticum inuehet in horreum, paleas autem igni comburet inextinguibili. Tunc tunc rapiemur obuiam CHRISTO in aera. tũc omnes nos manifestari oportet ante tribunal CHRISTI, tũc in iussu & uoce archangeli, in tuba dei repente uocati stabimus ante tribunal relaturi propria corporis prout gessimus siue bonum siue malum. Cuius diei timore maximo, qua tumultuaria uocatione simul ac iustitia iudicis seueritateq; perterritus propheta noster exclamat Iudicia eius in conspectu meo semper: et horrorem ipsorum mittigari cupiens ita supplex adorat.

Math. 24.

Vindicta dei inexpectata.

C.

ps. 35. Expo.

Profunditas iudicio℞ dei

1. Thess. 4.
2. Cor. 5.
1. Thess. 4.

Psal. 17.

DOMINE NE IN FVRORE TVO ARGVAS ME.

Timeo te, timeo seuerum iudicium tuum, timeo iustitiam tuam, iustissimã censuram agnosco et opera mea mihi maiori oneri q̃ usui futura scio: furorem tuum, iram, sententiam illam tuam metuendissimam horrens ac cõtremiscens expecto, non inuenio quid respondeam. Scio ꝙ grauissime peccauerim, scio præcepta neclexisse me tua, neq; præstitisse tibi pactam fidem, nescio an me uelis acceptare, nescio an mea opera tibi grata sint futura qui iusta lance omnia trutinas. Itaq; solius tuæ gratiæ, solius indulgentiæ spem reliquam habens: efflagito ne arguas me in furore tuo, ne arguas in iudicio: ubi quasi furiosus apparebis. Nec hoc dictum uelim ꝙ aliqua talis passio cadat in deum. Nam ut Augustinus ait, ira dei non perturbatio animi eius est, sed iudiciũ quo irrogat̃ pœna peccato. Quod et Scotus abũde declarat Nihil aliud est irasci in deo q̃ mala uelle uindicare pœna aliqua. Tales autem passiones, furor, ira, uindicta, cęteræq; similes, non cadunt in deum: sed effectiue de deo dicuntur, nec ut passiones, sed ut effectus. Et irasci furere ue deus dicitur: quando similem irato uel furioso producit effectum. Sicut enim qui furijs agitur aut excandescit, percutiens undiq;, uehemẽtior fit in aduersarium: sic in illo iusto iudicio quod territaciet omnes, præter misericordiam sententia feretur in damnatos, quibus tanq̃ a furente immania supplitia infligent̃. Dicetur enim illis Ite maledicti in ignem ęternũ. Itaq; absq; ira omni et sũma cũ iustitia, feret hanc sententiam deus. Verum modus iste loquendi Metaphoricus est, figuraq; dicitur Anthropospatos: qua passiones hominis deo tribuuntur. Clamans igitur propheta supplicat Ne in furore tuo arguas me. Noli me morti adiudicare, graui ac seuera illa tua sententia qua damnandis inquies Ite maledicti in ignem æternum. Noli me punire æterno illo supplitio, quo qui sine fide, sine pœnitentia migrant e uita, plectuntur. Quasi diceret Si me in furore tuo argueres, morti me addiceres ęternæ. Noli hoc facere, sed recordare domine præcium sanguinis tui, fructumq; passionis, recordare mei domine, quia me fixisti, redemisti, passus es pro me, noli perdere

Aug. de ciuitate dei. li.15.cap.25.

Ira dei quid

Scotus.4. dist.4. que.1 arti.1.

Math.25.

Anthropospatos.

Iudicij timor.

noli perdere lucrum tuæ passionis. Quid horribilius esse potest illa territicētissima uoce Ite maledicti? Quid satius aut desiderabilius q̃ illum intueri uultum, quo beati fruuntur? Quid acerbius aut molestius q̃ ab eo seperari, cuius spectabilem et gratiosam faciem omnes, non homines solum, sed et angeli uidere pspicereq; præcupiūt? Quantum ueri gaudij et non ficti solaminis inde nascitur, si quis in magnificentissimi sui regis ac domini, regis inquā mortalis terreniq; principis conspectu gratus et acceptus inuersari possit? An non cibum, potum, ludum, uoluptatem omnem, relinquunt homines, ut in huius sui regis solum suaui præsentia sint, ut loquentem audiant, ut uideant, contueantur et salutent, ab eoq; salutentur aut designentur amice? Quātus econtrario meror est, ab eius aspectu dulcissimo proscribi? Oh quantus itaq; timor prophetam inuaserat, dū ab ęterni benignissimiq; regis aspectu se proscribendum et damnatis annumerādum extimuit? Non mirum si terribiliter inclamaret. Illo nāq; die dicent damnandi montibus et petris Cadite super nos, abscondite nos a facie sedentis in throno, et ab ira agni: quoniam uenit dies magnus ire ipsius, et quis poterit stare? Sentite quæso quod dicunt. Hoc plane dicere presignantur O uos petre et montes sitis tanq̃ interstitium inter nos et obiecta pericula: inter nos et hunc iudicem. Sumite uobis partes intercessorum: abscondite nos, et difendite. Sed hæc oratio nihil eis proderit, nihil eos adiuuabit Quia non est qui se abscondat a calore eius. Q̃ timenda dies illa quando Sol, luna, stellæq; fulgorem retrahent et radios obscurabunt? Q̃ horrēda quoq; quum terribilis ignis ante ipsum precedet et inflāmabit in circuitu inimicos eius? Q̃ tremenda dies illa qua gladius acutus ex utraq; parte de ore iudicis exibit? Nunc tanq̃ filios uirga castigat: at tunc tanq̃ reos gladio percutiet. Fugite fugite gladiū (ait Iob) quoniam ultor iniquitatū gladius est: et scitote quoniam iudicium erit. Fugite gladium idest sententiam extremi iudicij: quoniam ultor est iniquitatum quæ hic non puniuntur. Q̃ terribilis tunc erit peccatori iudex: quia non parcet in die illa nec acquiescet cuiusq̃ precibus, nec recipiet pro redemptione dona plurima? Q̃ horrendus tūc erit

D. Apoc. 6. Psal. 18. Ioelis. 3. Psal. 96. Apoca. 1. Iob 19. Expo Prouer. 6.

Esay.26. quando ministris suis dicet Tollatur impius ne uideat gloriam dei, et a se depulsis acerbissime dicet Ite maledicti in ignem æternum? Ite in uniuersam tartarorũ pœnam: in omnia tormentorũ genera.
Math.22. De quibus etiam illud adiũget Proijcite eos in tenebras exteriores.
E. O palpabiles tenebras, o tenebras intolerabiles ignis æterni, o pœnam perpetuo mansuram. Illa illa hora multo cum gemitu pręcogitanda est, qua miser peccator igni deputabitur æterno, qua demergetur in tenebras lumen non uisurus: per centum annos, per mille,
Apoc.20. per mille milia annorum, per secula infinita. Cruciabuntur enim die
Zach.12. ac nocte in secula seculorum. In die illa erit planctus magnus. Plan
Expo. gent iudei crucifixores CHRISTI et qui eum pupugerunt, gentiles plangent cultores ydolorum, plãgent christiani peccatores, plan
Apoca.1. gent se super eum omnes tribus terræ. An non grauiter et anxie torquebitur miser perpetuam noctem habiturus? Si nox hic in mẽsem uel in annum continuum produceretur: nonne mortales cuncti leuantes manus ad sydera, contusis pectoribus et præcibus incessabilibus a conditore suo misericordiam inuocarent? Nonne sæpius acclamarent Misericordia, misericordia? Quid igitur de morti deuotis et addictis æterno supplicio censendum? Nonne uociferabunt
Clamor et miseria dãnatorum. Ve ue ue, quante sunt iste tenebræ? Omnes autem ad has exteriores inferni tenebras proiecti, nimia paupertate pręmentur: et extrema affligentur penuria. Quibus enim in hoc mũdo pecuniæ affluebant, qui thesaurizabant aurum et argentum, qui summis magistratibus ac imperijs pręfuere, qui purpura et bisso induti rem publicam nutu suo non iustitiæ regula administrabant, qui in lectis eburneis ac delicatis dormierunt, qui canes ad uenandum, aues ad uolandum alebant, ludentes in auibus cœli et dominantes super bestias terræ, qui deniꝗ in organis, cãticis et choreis, uoluptatem ac ingens gaudium habebant: illic his omnibus spoliati, guttulam aquę cum diuite illo epulone desiderabunt, nunꝗ̃ tamen impetraturi. Est ne hæc tota et
Dãnati dæmonibus sociati. completa inferorum pœna? Additur dyaboli societas, et præsentia dæmonum: quæ ꝗ̃ pœnalis, ꝗ̃ dira, ꝗ̃ pestifera deniꝗ sit, optimi testes esse possunt effectus huiuscemodi, quos hic in obsessis (deo permittente)

permittente) exercent. Illos enim adeo perturbant, adeo uexant et exagitant ut muti surdiq; plerumq; fiant; quandoq; tanta rabie percussi, ut parentes, cognatos, amicos, et domesticos, seq; etiam ipsos opprimere, discerpere, iugulare necareq; uelint: nisi chatenis, uinculis, aut modis alijs ꝓhibiti. Sicut de demoniaco legimus apud Marcũ habente spiritum mutum: de quo pater cũ Christo sic expostulat Attuli filium meum ad te, habentem spiritum mutum, dixi discipulis tuis ut eijcerent et non potuerunt, tu me adiuua. Spiritus allidit eum, et spumat, et stridet dentibus, et arescit, frequenter in ignem et aquam mittit, ut eum perdat. Animaduertite quæ scribuntur. Alliditur inquit, ad terram proijcitur, spumat, dentibus stridet: ad ostendendam passionum uehementiam. Hæc enumerat euangelista ut ostendat quanta q̃q; grauia patiatur arrepticius uel obsessus a demonio. Quidam solo unius dæmonis intuitu ita perturbãtur ac perhorrescunt: ut protinus insania laborent. Si quis hic tanto fuerit horrore percitus ob unius solum dæmonis uisionem ac perturbationem, ob unius inquam quasi per transennam aspecti repentinũ trãsitum, sub canis, sub ursi, sub phelis, simiæ, leonis, aut alterius animalis effige: quid fieri credendum in tanto numero dæmoniorum in inferno, ubi in sua forma dyabolus apparet? in forma omnium horridissima? ubi nullus ordo sed sempiternus est horror? ubi dampnati non solum uidebunt aut uidebuntur ab eis, non solum perturbabuntur, sed cũ eis etiam ibunt, cum eis iacebunt, sedebũt, uel potius huc et illuc immitissimo prouoluentur impetu, iactabuntur undiq;, diris interim cruciatibus, angustijs innumeris, et pœnis intolerabilibus afflictati? Vbi preterea (quod ad corpus attinet) lectum habebunt fœdissimũ, sitim irrestinguibilem et morte duriorem, famem auidissimam atq; insaciabilem, odorem pessimũ ac teterrimum, fumum obscurissimũ et fœtidissimum, clamorem horribilem, frigus acutissimũ, nec tamen absq; igni inextinguibili, quibus miserrimi uicissim cruciabuntur. Anima seorsum alijs inuoluetur incõmodis. Nulla ꝓfecto pars eius non plena dolorum, non plena cruciatuum, non anxietatũ plenissima: cui præter hæc grauissima tormenta et supplicia sit peculiaris ac

Horribilis dæmonis aspectus.

F.

Mar. 9.

propria

propria æternitatis futuræ in illa pœna præuisa certitudo, nunq̃ moriens cõscientię uermis, præsentis horror et futuri timor obiecti, absentis perditeq; gloriæ suspiriũ incogitabile, cupiditas mortis at pœnalis immortalitas. Nam anima peccatrix alioqui plusq̃ mortua, tamen ad mortis sensum est quodammodo immortalis. Cupiens præ dolore mori, semper uiuet in illo, et mors quam tantopere cupit longissime discedet ab ea Desyderabit mori et mors fugiet ab ea. Quid omnes damnatorum pœnas enumerare satago? Nimirum innumeras alias transibo. Non possum uerbis non possum exprimere qualiter ardebunt miseri, qualiter lugebunt, suspirabunt, clamabunt: nec unq̃ exaudientur. Nescio quo nimbo qua ue procella uerborũ grauissima illa maximeq; uaria tormentorum genera referam. Grandis erat Bartholomei passio: grandis apostolorum omnium, Grauis itidem Laurentij, Vincentij, Katherinæ reliquorumq; martyrum: sed multo maxima multo grauissima CHRISTI passio: cum qua tamen si pœnas inferni compares, multis parasangis, mensuris indicibilibus inferior et minor euadat. Quæ nam igitur mortalium fatuitas uel insania potius, qui cor defixum habentes in rebus mundanis atque sordidis, nihil præter terrena sapiunt, nunq̃ animum tollentes ad cœlum, ubi est uera fœlicitas? Hic est umbra sola fœlicitatis quam sequitur etiam ille dolor æternus, de quo iam dicere cæpimus. Audiunt leguntq; scripturas, quibus ista tradũtur, audiunt præterea cõcionatores et ebuccinatores ueritatis, talia quotidie declamantes: sed auditum auertunt secundum similitudinem aspidis obturantis aures suas. Mundi lasciuias tanq̃ syrenum cantilenas audire concupiscũt ut pereãt: sanctissimas uitæ pręceptiones audire nolunt ut salui fiant, sed uel obstructis auribus auersanẽ, uel auditas habẽt derisui. Verum qui præcipientem hic audire nolunt, audient aliquando sic peccatis insultantem Ve genti peccatrici, populo graui iniquitate, semen nequam, filijs sceleratis: dereliquerunt dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum, Super quo percutiam uos ultra addentes præuaricationem. Blande, suauiter et pulchre loqui, iocundaq; polliceri possem: sed sanctę prospiciendum abstinendũq; est. Nam

Apoca. 9.

Innumere dãnatorum pœnæ.

Fatuitas mortaliũ.

Esay. 1.

est. Nam si hominibus placerem: seruus CHRISTI non essem. Gala. 1.
si grata placētiaqꝫ conarer eloqui; deo displicerem, et uobis imponerem. Si carnalia mundanaqꝫ uestra non distringerem acta, sed blandicijs augerem: esset anima mea pro anima uestra, anima mea simul cum uestra periclitaretur. Equidem huc uenio, uenio non ut ledam sed ut iuuem, ut lumen ueritatis ostendam: non ut uobis oculorum aciem præstringam, sed ut uos cōmonitos reddam et a peccatis retrahens, ad uirtutes alliciam: ut deniqꝫ peccatorum naturam ac discrimen uobis enuclians, ab eis cauere doceam et persuadeam. Vos itaqꝫ G.
libenter audite quę dico, timete quod uerissimum interminor. Verissimum enim est peccatores absqꝫ penitētia decedentes, damnatū iri. Audistis attenti satis per totum annum hactenus nugamenta, facetias, fabulas aniles, obscenas et illecebrosas: instrumēta musica multa ac uaria, in totum uoluptatibus, luxui, et carni dediti. Nunc spero cōfidoqꝫ fore ut multo maiore attentioreqꝫ cura hæc quæ referam uera ac tremenda sitis audituri. Audistis in iocis et tripudijs organa, tympana, barbyta, lyras. cytharas, buccinas, lituos, tibias, atqꝫ tubas. Nunc mihi buccina sumitur, sumitur archangeli tuba, tuba illa nouissima qua præcinam auribus uestris illud horrisonum Surgitte mortui uenite ad iudicium. Ipsa fauces istas, et os omne cantilenis ac delicatis solum modulis assuetum, aliter attēperabit. O si faucibus inferni nūc aures admouere possitis: in quibus diuitem illū epulonem, eiulātem, guttulāqꝫ aquę nequicq̄ implorātem, in quibus auaros, helluones, luxuriosos, molles, insolētes, omnes deniqꝫ perniciosos, et mūdo carneqꝫ corruptos, mortis reos, lacrimantes, stridētes, sua fata detestantes et clamantes audiretis He heu q̄ ardens est hæc flamma? Audiretis in ardore clamantes animas, ardentes inquam et flentes, flentes sine fine, flentes sine fine, clamantes Ve ue ue, quātæ sunt tenebræ. Nec est hic ingens ardor solum qui molestat: sed flāmę diuturnitas multo magis excruciat, quum ineternum futurum sit damnatorum supplicium. Nam quum corporeæ mortis aut nullus aut certe breuissimus sit sensus: at est animæ sempiternus. O miserrime quisquis ad hæc non aduertis. O deploratæ cuiusdam infelicitatis

Clamor epulonis et similium.

licitatis homũcio, q̃ craſſiſſima cęcitate uelut obrutus, uitam Sardanapali ducens in lectis eburneis, et molliter inſtratis: in cõmeſſationibus, crapulis, impudicitijs, ſpurcicijs, in tota uitiorum lerna: non credis fote tempus quo ſumatur de te dignum tuis meritis ſupplitiũ. Aut ſi credas, nonne in animo quoq; tuo reputas quomodo poteris in medijs orci faucibus, tot pœnarũ genera, tot et tantas cruciatuum anxietatumq; diuerſitates ſuſtinere: quum ipſæ uix ſuſtineas unum atq; alterum diem corpus tuũ in molli quieſcere atq; uolutari lecto?

D Non pręcogitas quomodo poteris illũ carcerem, illa uicula, cathenas illas igneas, ponderoſas, in tuos cruciatus omnino paratas perperi, quum torques aureos, gemmas auro ſtipatas, et id genus ornamenta præcioſa in cultum corporis et decorem adinuenta nullo modo ultra præſtitutum tempus geſtare queas? Quantumuis elegans et magnificus ſit ueſtitus, te piget prælõgi uſus: et a theatro, a templo, a foro ueniens, inq; cubiculum aut conclaue te recondens corpus uelut exoneras. Quo magis te pigebit afflictionis æternę et inexcuſſe? Non ſic enim habitabunt ad tempus qui ſunt in infernali lecto conſtituti: non per diem, non p̃ hebdomadam, ſed per annum, ſed per centum annos, per mille, per millia millium: ſed, ſed per infinita ſecula Deſyderabunt mori et mors fugiet ab eis. Quid o uir delicatę, quid o tenera delicataq; mulier qui uitam adeo ſuauem omni tẽpore duxiſtis: in lectis ſplendidis ac mollibus, in apparatu ſumptuoſo, in menſis exquiſitis cibo potuq; redundantibus, in omnibus deliciarũ, iocorum, et ludorum generibus, quid expectabitis in fine? Moleſtũ ne tibi foret o homo ab hac mollicie ad duriſſima damnatorum ſupplicia ſubito detrudi? Quid quæris? quid intẽdis? quid cogitas? An deum genus et ſangninem æſtimare uelle credis? Non reſpicit deus generis tui præſtantiam, non potentiam tuam, non magiſtratum, non formæ pulchritudinem, non agilitatem, fortitudinem aut claram habitudinem, non ingenij prõptitudinem, non reliquas corporis aut fortunæ dotes: ſed ſolam animi dignitatem et opera ſolum bona præclareq; geſta Quia non eſt deus perſonarum acceptor, ſed in omni gente qui timet eum et operatur iuſtitiam acceptus eſt illi.

Apoca. 9.

Deus non acceptat perſonam.

Actu. 10.

Pro meritis

Pro meritis uel gratiam erga bonos, uel in impios iram ostendet.
Qualis qualis quisq; hinc exit, talis in iudicio præsentabit. O pec=
catores habentes animos huius seculi sordibus aggrauatos, mūdi
fallacijs ac delicijs corporis immersos, fugite: fugite hanc iram dei,
nolite aduersari deo, nolite pugnare, nolite resistere omnipotenti,
quoniam ipsæ præualebit et conteret inimicos suos, conteret pec=
catores omnes. Indignabitur indignabitur inimicis suis quando in , Esay. 66.
igne ueniet et quasi turbo quadriga eius, reddere in indignatio= ,
ne furorem suum, et increpationem suam in flamma ignis, quia in ,
igne dominus iudicabit, et in gladio suo ad omnem carmen, et mul ,
tiplicabuntur interfecti a domino. Hunc dei furorem, hanc iudicij
diem, hanc indignationem domini timens propheta, clamauit
Domine ne in furore tuo arguas me. Nec tantum hunc dei furo=
rem, sed et ire correptionem formidauit. Hæc ira dei, pœna Purga= Ira dei quid.
toria uocatur: quoniam ibi in modum irati in noxios animaduer=
tet. Quare subdit Neq; in ira tua corripias me. Istec ira purga=
tio tantum temporalis est in igne facta: quum furor sine fine tem=
poris in immensum excrescat. Nam ut ira mitior cum moderami=
ne punit electos igne purgatorio: ita furor (omnis misericordię ex=
pers) nullo modo damnatis et reprobis ī inferno parcit. Quod ab
indulgente patre factum esse cernimus, qui filio parcens beneq; cu=
piens, eius ita tamen peccata corrigit ut resipiscat, non ut pereat,
ab impietate uero resilire nolentem, a se penitus excludit. Itaq; do=
minus IESVS in uniuersali iuditio, damnandos arguet et repro=
bos ineternum a conspectu suo repellet: in particulari uero seruan=
dorum saluti prospiciet, ita tamen ut quod ante pœnitētia non de=
leuit, ibi pœna repurget. Nam quod apostolus ait Salui erunt sic H.
tamen quasi per ignem: uniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit. 1. Cor. 3.
Ignis ille purgatorius peccata manifestabit abscōdita, manifesta= S. Tho. 4. d.
taq; plectendo purgabit. Nam iste ignis unus et idem est cū igne 21. et Bona.
inferni quo ad officium, non quantum ad durationem. Hic æter= 4. dist. 18.
nus, ille temporarius. Quod et Gregorius affirmat, Idem ignis Grego.
electos purgat, et reprobos damnat, sed reprobis est ad semper, e=

Vociferatio & querela afflictorum in purgatorio. Cōtra posterorū ingratitudinem.

lectis uero ad tempus. Cōsiderate iam o mortales tormentū istud et incendium, quod animæ nudæ miseræq; patiuntur igni purgatorio deputatæ. Q; si liceret adire locum, uerisimile est q; parentes illic, filios, consanguineos, affines, amicosq; uestros, deplorando peccata, sic flentes ac clamātes audiretis. Audiretis o filij hunc clamorem parentum O filij nimioq; ingrati, quos maximis curis infātes in orbem produximus, nec minori labore pueros enutriuimus, adolescētes uel ipsi docuimus uel ab alijs instituendos curauimus: artis unius aut scientiæ peritiam uobis alicūde procurauimus, e uita demigrantes bona uobis, possessiones et fundos p manus tradidimus. Si quid ultra nobis affuisset, fuisset et id relictum uobis. Quoniam tota spes nostra fiduciaq; sita fuit in uobis. Et a uobis en obliuioni tradimur, iacētes hic in pœnis non respicitis, uinctos non educitis, neq; miseris acceptos modis adiuuatis. Subuenite tandem infœlicibus, ferte precamur opem miseris. Misеremini miseremini nunc eorum qui sunt aliquando miserti uobis. Audiretis hanc uirorum ad uxores, uxorū ad uiros, hanc omnium ad cognatos, ad amicos, ad exequntores querimoniam. O quibus olim bona nostra dedimus, adiuuate modo nos præcibus et ieiunijs uestris. Audiretis hanc uocem sæpius iterantes, ac grauissime quidem expostulantes, q; quibus patrimonia, diuitias, et omnem supellectilem amicissime reliquerant, hij rursum obliuionem pro beneuolentia, et quasi malificium pro beneficio repēdentes, sinerent ipsorum animas ingratissime citra redēptionem et misericordiam, continuis pœnis exagitari. Audiretis hanc ingratitudinem, hanc iniustissimam negligentiam multis nominibus accusatam. Audiretis innumeras quærelas iugiter occlamantium Maturate cōplementum supræme uoluntatis nostræ, distribuite fideliter ea quorum curam uobis cōmisimus. En ubi nos estuamus, cruciamur, et in flammis uolutamur acerbissimis. Audiretis sic pro se quenq; suos amicos appellantem Miseremini mei, Miseremini mei, saltem uos amici mei, quia manus domini tetigit me. Nimirum in purgatorio duas habent pœnas, damni uidelicet et sensus. Damni, qua retar=

Iob. 19. Duplex pœna purgatorij.

qua retardantur a uiſione diuina: Senſus, qua cruciantur in igne. Hic autem ignis in purgatorio durior eſt q̃ quicquid in hoc ſeculo poenarum aut ſentire, aut uidere, aut cogitare, quis poteſt. Pientiſſimum igitur opus eſt, maximaq; dignum laude, deuinctos ibidem releuare: ac a tormentis laxare uelle. Suffragia nanq; quæ præſtantur eis a uiuentibus, ualent plurimum ad poenarum mitigationem, ſolutionem, celerioremq; liberationem. Et quatuor præſertim modi ſunt (iuxta quod Gregorius in Dyalogis habet) quibus animæ defūctorum ſoluūtur a poena purgatorij: oblationibus inq̃ ſacerdotum, eleemoſynis charorum, præcibus ſanctorum, ieiunio cognatorum. Nam quantum ad primum ſpectat, præbet inſigne ſolatium ac remedium eis ſingulare ſacrificium Euchariſtiæ: de quo, non abludentibus Auguſtino Gregorioq;, beatus Bernardus ait, O quantum et q̃ mirificum donum dei miſericordia, ꝙ nunq̃ celebrātur diuina myſteria, quin ibi cōcurrant duo fructuoſa opera: unius peccatoris conuerſio, et unius animæ a poenis liberatio. Huius rei ſi quis quærat, ſunt paſſim obuia exempla. Sed nec ratione carent. Nam ratio uult, ut id plus proſit quod de ſe eſt efficacius, at miſſe celebratio reliqua bona ſuperans, eſt efficaciſſima: quoniam offertur illic qui uerus deus et uerus homo mundi peccata tulit. Et quum ſit uerus filius in quo deo patri bene complacitum eſt: nobis omnibus tum filijs ingratis, ire filijs: miſericordiam omnipotentis patris reconciliauit. At fieri ſolet et debet illa quidem oblatio manu ſacerdotis ut ibi ſcribitur Orabit pro eo ſacerdos et mūdabitur. Orabit ſacerdos inquit. Quoniam CHRISTVS ſacrificium iſtud ſic inſtituit, ut eius officium committi uoluerit ſolis preſbyteris: ut ipſi ſumant, et dent cæteris. Illud eſt ſacrificium quod placauit deum patrem, quod reconciliauit patri mundum, quod hominem perditum in gratiam reduxit, quod infernum expoliauit, et coelum quotidie replet atq; ditat. Nunc ad ſecūdum deueniamus, de quo ſcriptum eſt Peccata tua eleemoſynis redime. Quod conſilium, q̄q̃ ad eleemoſynas a te tuaq; manu factas inprimis attineat: poteſt etiam de rebus aliena manu pro te diſtribuitis intelligi, de quo rurſum in alio loco Sicut aqua extinguit ignem,

Auguſt.

Gre. in dial. li. 4. que. 9. Cap. Animæ defūctorū.

Quatuor q̃ maxime proſūt aiabus ī purgatorio.

Bernar.

Euchariſtiæ præſtantia.

Leui. 14.

Dañ 4.

Eccle. 3.

C ita elee=

Expo., ita eleemosyna extinguit peccatum, extinguit pœnam peccati, pœ=
Luce. 11, nam ignis peccato debitam delet. Date eleemosynam et omnia mũ=
da sunt uobis, Nam si magnitudo eleemosynæ peccato respondeat:
Bernar. totum emundat, uel Bernardo teste Tantum potest homo dare in
eleemosyna: q omnia peccata redimet a pœna. Alteri parti sentẽtiæ
S.Tho. nostræ sanctus Thomas sic adstipulatur Vnus potest pro alio sa=
tisfacere, dummodo alter pro se non potest satisfacere, et stat in statu
gratiæ. Per illud sic ratiocinor, Vnus potest pro alio satisfacere dum=
modo non possit ille satis pro se facere: sed animæ in purgatorio non
possunt pro se satisfacere, quoniam sunt extra locum merendi: con=
secutio est alium posse pro eis satisfacere. Tertium peccati remediũ
August. est ieiunium, pro quo legis apud Augustinum Ieiunium purgat pec
catum. Proprium ergo uel alienum. Proprium q̃diu mereri potes,
q si non possis, ꝓderit ieiunium amicorum ut ratio prædicta docet.
Quartum suffragium in igne purgatorio cõmorantibus est oratio.
Macha.12. De qua scribitur Sancta et salubris est cogitatio pro defunctis exo=
rare ut a peccatis soluantur, ut soluantur a pœna peccatis debita.
Suffragia nimirũ ista defunctis prosunt non ad meritum uitæ æter=
næ: sed ad solutionem debiti, ad mitigationem pœnæ, et ad celerio=
I. rem ignis liberationem. Hoc autem supplitiũ purgatorium (ut præ=
gustauimus) et si non sit æternum; tamen ex æquo cruciat, supraq;
modum grauat et molestat hominem: longe superans omnem pœ=
Stultorum estimatio de pœna purgatorij. nam quam unq̃ passus est martyr aliquis in hoc mundo. Quo dete=
stabilior est quorũdam opinio, malignaq; simulatio, qui falso de na=
tura sua quærẽtes: paruam aut potius nullam dicunt hic agere se pos=
se pœnitentiam: tribuentes hoc corporis imbecillati, aut (quod mul
to nefandius est) asserentes nullam esse pœnam huiuscemodi, sed so=
lis hominum somnijs et deliramentis introductam. At hij quam
hic nolunt, persoluent ibi pœnitẽtiam: si nihil asperius obtĩgat tam
praue cogitantibus, sic resipiscere possunt, ut nec inferno nec purga=
Grego. torio plectant̃ incendio. Quod, si Gregorij factum animo repeterẽt:
per omne tormentũ huius uitæ libenter emerent. Legitur dum Trai=
ani liberationem exoraret: angelus ei dixisse, Duorum tibi Gregori
datur op=

datur optio: uel duos dies igne purgatorio cruciaberis, uel in hoc se=
culo diuturnas corporis infirmitates patieris. Praelegit ille quam=
libet huius uitae poenam. Quod non fecisset si non praedidicisset e
sacris litteris multo grauiorem in igne purgatorio fore. Sed audi q̄d
in epistolis ipsae suis subinde testetur Tot podagris tantisq; dolori= Grego.
bns premor: ut uita mihi poena sit. Q̄z si supradictis hijs moueri
non possis ad benefaciendum animabus in igne purgatorio detētis: Lex quintu=plex astrigēs ad bn̄faciendū defunctis animabus.
sunt alia complura uincula quae te arctissime ad hoc uidentur obli=
gare. Quintuplex enim lex hominem astringit animabus istis ue=
niam precari, caeterisq; modis opitulari. Lex naturalis id ita cōmo=
net Quod tibi uis fieri: hoc facias alteri. At tu (quisquis es) si nunc Tobie. 4. Mat. 7.
esses in camino ignis feruentis: q̄ libentissime uelles extrahi. Quare
tu uicissim fac coneris alios extrahere. Anima patris tui forsan in il=
lo igne iacet, tu debes hoc officium omnibus, nedum patri. Quod
debes omnibus: saltem aliquibus impende. Lex ibi scripta praecipit
hoc ipsum Noli auertere faciem tuam ab ullo paupere. Verum nulli Tobie. 4.
pauperiores censendi, q̄ qui sunt in igne purgatorio, qui tam paupe=
res sunt ut e solis aliorum adiumentis pendeant. Hos ergo respice.
Lex amicitiae persuadet idem de qua legimus illud Omni tempore Prouer. 17.
diligit qui amicus est. Diligit ante mortem, in morte, et post mor=
tem. Post mortem itaq; tu qui cupis amici nomine censeri, fac dili=
gas amicos: post mortem fac iuues egenos, post mortem tentos in
carcere redimas. Lex iustitiae similiter ad idem hortatur ibi Redde Lex iustitiae.
unicuiq; quod suum est. Suum est cuiusq; pauperis in necessitate po=
siti subsidium tuū, quem tu iuuare potes. Praebeas ergo cūctis quod
suum est recipere, et tuum praebere: praebeas auxilium hic uiuenti=
bus, et multo magis uita defunctis. Q̄z gratiae lex id ipsum iniun=
gat: oībus in promptu est, ex illo ap̄li Alter alterius onera portate. Gala. 6.
Mutuis uos auxilijs adiuuate, uos qui potestis impotētiores erigite,
onus aliorum humeris impositum uos alleuate, hijs qui se iuuare nō
possunt: uos praesens auxilium impendite, grauatos igne purgato=
rio, uestris bonis operibus eripere contendite: quoniam eos qui sunt
ad inferna deiecti, spes nulla iuuandi. Verum ab utroq; igne prophe

 ta libe=

ta liberari cupiens inclamat Domine ne in furore tuo arguas me. Non me condemnes, aut illa damnatorum sententia percellas: quæ sic terribiliter intonat Ite maledicti in ignem æternum. Neq; in ira tua corripias me. Non me purgatorijs ignibus aduras: sed, sed hic ure, hic seca, ut ineternum parcas. Hic misericorditer in me nunc animaduertens, præsentem pœnam adhibe; ut in illa die ire, in illa die calamitatis et miserię, clemens et facilis esse digneris. Da ut ueraciter in hac uita, meipsum condignis pœnis afficiam. Concede ut uere pœnitens: æternas ita pœnas euadam. Quicquid enim peccaui non ex malicia: sed ex ignorantia potius ac animi cæcitate peccaui. Non corde quidem indurato: sed neglig ētia, sed infirmitate, sed humana fragilitate malum illud perpetraui. Tu igitur qui solus potes mundum de immundo reddere: parce iam mihi, clemens ac propitius esto, miserere, miserere depræcanti.

Augustinus.

Presentē pœnā optat propheta ut futura effugiat.

Vers. 2. K.

MISERERE MEI DOMINE QVONIAM infirmus sum, sana me domine quoniam cōturbata sūt oīa ossa mea.

Miam non iudiciū expetit propheta

CVI IVSTITIA non suffragatur, ad misericordiam cōfugit, tanq̄ inquiens, inuoco, quæro misericordiam tuam domine, non iustitiam. Non dico Iudica me domine: sed miserere mei domine. Non ius peto: sed opem imploro misericordiæ. Non ad prętorium, non ad sedile regium, non ad acre tribunal ubi iuri solum instatur accurro: sed ad senatusconsultū seu graue miteq; concilium, ad mitiorem illam sed et superiorem curiam, misericordiæ profecto curiam (quam eandem cancellariam uocant) aduolo. Non iudicium, sed e concilio misericordiam expeto. Iudicio facile quis reus peragitur: concilio non item. Plęrunq; contingit error in iudicio: quem æqua lancę uerax concilij ratio dirigit. Cunctantior et moderatior est concilij trutina, q̄ ut plęrunq; delinquat: fit callida iuris interpraetatio, quam æquabilitas concilij sæpius emendat. Vultis scire quod dico? Considerate quid in lege plus semel contingat, quid incessanter publica lege regni fieri uideatis. Si quis ob es alienum dicam alteri scripserit, q̄uis eius tota cōditio fideliter impleatur: si tamen non interlita remanserit, oblata iudici fidem facit, et iudex si non altera

pars anti-

pars antipocam exhibeat, repetendam conditionem non abnuit, immo decernit. Vnde clare perſpicere poteſtis ut quis bis pendere cogatur quod ſemel debet. At hoc erratum iura publica non caſtigant. An igitur omnifario remedio uacat? Non uacat plane. Sed hic uenit appellandus concilij princeps ſeu cancellarius: ad quem quiſquis apposite prouocarit, qualecunq; remediũ conſcientia poſtulat, præſens inuenit. Nec tam ibi iuſtitiæ rigor, q̃ miſericordiæ ratio penſitatur. Quare propheta diffidens uitæ ſue, diffidens operibus, ueritus obliquitatem aut arctitudinem iudicij: conſulto ad ſolam cœleſtis conſiſtorij miſericordiam caput inclinat clamans in hunc modum Miſerere mei domine. Non nego iuſtitiæ tuæ quod cõmerui, ꝙ mortem merui: ſed ab hac ad concilij curiam, ad miſericordiam appello. Verum ut in omni re tempus dominatur: maturandum eſt ante iuſtitium, ante dimiſſum ſenatum, ante breue præſentis uitæ curriculum. Priuſq̃ atra mors corpus occupet, accelerandum ad pœnitentiam: quando poſt mortem nullus miſericordiæ, ſed ſolius iuſtitiæ locus erit. Nunc ad dominum clamare licet et pro quo clamas impetrare. Clames itaq; cum propheta Miſerere mei domine. Propheta hic ut deus ſui miſereatur obnixe rogat. Cur ſic roget hanc cauſam adiungit Quoniam infirmus ſũ. Infirmitatem ſuam affert pro cauſa miſerendi: infirmitatem allegat ut potentem iudicem ita moueat ad clementiam: infirmitatem oſtẽdit, ut cõpatiatur deus et ſanitatem conferat: manifeſtat morbum ut medicus quid ſit curandum intelligat. Non dixit Sana me tantum mercedis tot ue nummos accepturus: non pepigit propheta cum deo, nec deus præcium cupiens ſanitatem pollicitus eſt: quod medici chirurgiciq; mundani ſolent. Non rogauit alter Quid mihi dabis et te ſanabo? Nec alter me ſanes inquit: et tantum tibi tribuam. Non inter eos interceſſit ulla ſtipulatio: ſed fragilitatem ac infirmitatem ſolam oſtendens dixit Infirmus ſum: et ideo miſerere mei. Qui medico corporali nummos offers ut inuites ad curandũ: ſpirituali ſolam oſtendas infirmitatem, et curabit. Vt corpore ualeas, et carnem a morbo liberes: medicorũ cõſilijs, a libidine luxuq;

Infirmitatẽ oſtẽdit ut miſericordiam aſſequatur.

 temperas,

temperas, a quibusuis delicijs ac oblectationibus abstines. Et ut corpus ac animam ab æterna morte subtrahas, solum spirituali medico morbum non ostendes? Infirmitatem, morbũ, cicatrices tuas, cur non manifestas? cur delicta non confiteris ei qui te sanat? qui miseretur? qui compatitur? Videmus pauperes, miseros, et afflictos homines in publico, ut prætereuntes in sui cõmiserationem adducant, denudantes ulcera: uulnera cõmonstrantes, in tibijs, in brachijs, in alijs corporis sui membris: neq; sic clamare desinẽtes Miseremini, compatimini, iuuate nos, En perimus, morimur. CHRISTVM, passionem eius, diuam Mariam, sanctum Ioannem, Nicholaum, Magdalenem cæterosq; diuos abunde commemorant, ut res et tempora suadent: donec aliquid stipis accipiant. Et nos miseri, pauperrimi, nos internis morbis afflictati: nihil horum ostendemus ei qui quod potest optime, iuuare sanareq; cupit

L. amicissime? Ecce quomodo propheta morbum prudenter ostendit, quomodo conscientiæ uulnus aperit, quomodo infirmitatem fatetur internam, naturæ fragilitatem, peccandiq; promptitudinem non silet. Hominum autem ipsa natura procliuis est ad uitia, procliuis ad libidinem. Fragilis est natura humana, inermis, caduca, comitem habens indiuiduum, sed malum, profecto peccatum. Pronitas ista peccandi dupliciter in homine contingit, uidelicet a principio: et ex nobis. Principium est Adamus qui pater et origo fuit omnium, stipes et radix e qua cuncti procedunt. Iam radix infecta (quod scitis) arborem inficit, et e corrupto patre procreari corruptos est necesse, iuxta quod Paulus ait Per unum hominem peccatum in mundum hunc intrauit: et per peccatũ mors, In quo omnes peccauerunt. In ipso quidem Adamo peccauerunt omnes, hoc est peccatum seu peccandi fomitem attraxerunt. Arbor enim mala non potest bonos fructus facere. Arbor cuius acerba radix est: acerbum quoq; producit fructum. Arbutus radicata, fructus arbuteos et insuaues edit, nisi nouus inibi surculus inseratur, qui si suauis fuerit, in suauitate permanebit. Sic autem uarij sæpe fructus ex eodem stipite producuntur, iuxta naturam uariarum insi-

Peccãdi pronitas ex duplici principio nascitur.

Ro. 5. Expo.

tiarum insitionum cum dulcibus acerbi, cum acerbis suaues. Coortus ab Adamo primo loco Caynus, secundo quidem Abel, hic pietatis cultor, ille uero contemptor: hic de primogenitis gregis sui et de adipibus eorum obtulit, ille de terræ fructibus offerens oblatis omnino non profecit, quia pia uoluntas non intererat. Cæteri fructus in Adamo corrupti omnes. Sed ab hac corruptione malignitateq̧ Ieremias liber erat, in utero matris sanctificatus: liber itidē Ioannes Baptista, liberrima uero beatissima deipara, uirgo pœnitus ab omni corruptione peccatiq̧ feditate præseruata, neq̧ uel cō ceptu uel natiuitate primitiuo parētis attacta peccato: sed ab omni labe ab omni corruptione prorsum immunis. Hoc peccatum a parente susceptum inueterascens etiam augetur ex nobis: quoniam humana natura sic deprauata, pronissima fit ad malum ut ibi legimus Sensus et cogitatio hominis prona sunt ad malum ab adolescentia. Vnde iuuenes non sine magno labore, plurimis exercitijs, multisq̧ doloribus ad frugem perueniunt, perueniunt ad uirtutē. Vitium sponte nascitur, omnis uirtus circa difficile uersatur. Proinde summa diligentia magnisq̧ sudoribus est in iuuenta recedendum a uitio, iuxta morem eorum qui curua ligna ducunt ad rectitudinem. Tenera lentaq̧ leuiter inflectuntur: quum in arborem excreuerint, solidum robur assecuta, nimio truci rigore flexuram non admittunt: sed franguntur potius q̄ aliter atq̧ creuerint ullo modo dirigantur. Sic iuniores isti si liberi permitterētur et effrenes abire: mali, proterui, dyabolicique fierent. Itaq̧ catuli quum tenera sint ætate, facile loris assuescunt: et equi teneriusculi, statim freno domitantur: sic longa consuetudine mens iuuenum a placitis est arcenda, diuturnoq̧ durādа labore. Tres enim capitales hostes, tres hostiles tentationes habet nostra fragilitas: mundum, carnem et dyabolum. Quot uitiorum copijs, quot artibus, quot machinis, quot insidijs, nos prestigiator mūdus oppugnat? Vt interim haud dicam quomodo non desint nequissimi spiritus igneis iaculis, telis letalibus, e sublimi nos impetentes ac configentes animas nostras, hostes nimirum eo periculosiores q̧ inuisibiles. Tū præter hęc circumferimus

Iere. et Ioānes in utero sanctificati gloriosa uirgo ab oī peccato pręseruata.

Geñ 8. Expo.

Phūs in ethicis.

Tres hostes hominis.

cumferimus

Cõtẽtio carnis et ſpũs. Gal.5. Expo cumferimus hoſtem pluſq̃ domeſticum, pluſq̃ familiarem, carnem profecto noſtram aſſidue rebellantem ſpiritui. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, et ſpiritus aduerſus carnem, hæc enim ſibiinuicem aduerſantur. Nam caro delectatur otio, gula, luxuria, ſimiliq; uoluptate: caro quæ tam propinqua eſt mihi, quæ coniuncta copulataq; eſt ipſi meæ animæ, quæ dimidium eſt mei: mihimet aduerſatur. Spiritus autem ad piũ opus, ad continẽtiam, ad uitæ pu-
Ioannis.3. ritatem allicit. Nam quod natũ eſt ex carne caro eſt, et quod natum eſt ex ſpiritu ſpiritus eſt. Carnalis homo carnis ſue ſe uitijs ingurgitat: ſpiritualis homo feruore deſiderij cœleſtis impletur, q̃q̃ ſpiritualis etiam homo carnis ſue pondere ſæpiſſime degrauatur, uti
Rom. 7. ſpiritualiſſimus de ſe fatetur apoſtolus, Condelector legi dei ſecũdum interiorem hominem, uideo autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ: ſic ut non quod uolo bonum hoc ago, ſed quod odi malum, illud facio. Solus autem carnalis homo ſic carnis ſue uitia ſequitur ut pereat: quemadmodum idem
1. Cor. 15. apoſtolus interminatur Caro et ſanguis regnum dei poſſidere non poſſunt, neq; corruptio incorruptionem poſſidebit. Sed ut a-
Rom. 8. libi Si uixeritis ſecundum carnem moriemini. O q̃ difficile eſt hominem integrum et inuictum abire, cuius ita partes inter ſe com-
Mat. 12. pugnãt ſpiritus et caro, quando omnis ciuitas in ſe diuiſa deſolabitur? Q3 ardua uictoria nobis qbus hoſtis tam uicinus inſtat, quibus media pars noſtri fit hoſtis acerrimus? Mundus totus in uicijs conſtitutus nos multis modis fefellit, in pernitioſam nos uanitatem inſtigauit, ambitionibus inflãmauit, iram accendit, inuidia nos liuoreq; combuſſit, ad cupiditates enormes illexit, mentem auaritiæ nodis implicuit, obcecauit, et dementauit: in nefariam uiuendi conſuetudinem præcipitauit, uitamq; noſtram uicijs omnibus reddidit infectiſſimam. Vt arrogantis faſtuoſeq; uitæ rationes foueamus, ut talos, teſſeras, luſorias cartas, et omne genus aleæ ꝓ uoto frequentemus, ut exquiſitas et pretioſas ueſtes, ut quaſuis impenſas ad ſodalicij uoluptatem ſemper habeamus: ad ſacrilegium,
M. peculatũ, rapinas, furtum, et quaſlibet iniurias impulit. Quocirca

Nolite diligere mundum, nolite ait Euangeliſta: neq; ea quæ in mundo ſunt: quoniam mundus tranſit et concupiſcentia eius. O iuuenis iuuenis qui te huic mundo mũdanęq; uitæ dedidiſti, qui ſectatus es has ineptias, qui captus es iſtis mundi laqueis, qui totus ſũptibus et expenſis es immerſus, qui glorioſis ornamẽtis, omnibus gloriolæ ſpeciebus et omnibus ludorum generibus intricatus es hactenus: ratus illinc anſam arripere qua te magis oſtentes et ſocietatem ac comitum numerum alas: o Iuuenis non eſt hæc ipſa uia, reſipiſce bone iuuenis, excute nebulam tuæ mentis, et quid facto ſit opus intellige. Nolim incipias ubi pater tuus uitam abſoluit. Ille magnam fortaſſe familiam aluit, ille uariam cliẽtum et amicorũ frequentiam habuit, cæteraq; circa ſe ſatis ſplẽdida ſuſtinuit. Hos ei ſumptus ampla prædia, feoda, ſpectata prudentia, conſtans grauitas, modeſtaq; uita ſuppeditabant abunde: quæ non item tibi ſuppetunt. Tu forſan ea prædia non poſſides, aut ſi poſſideas, non ſunt eadem feoda: quæ ſi nactus eris equalia: deeſt tamen prouida parſimonia patris, et grauitas paterna deſideratur. Ille nec ſui profuſus, nec alieni fuit appetens, ſed ſuis contentus omnia pro temporis exigentia perfecit, cultum atq; uictnm ad neceſſitatem atq; honeſtatem non ad luxum uoluit: ubi te immatura ætas aliter inflãmat. Nec iſta dico quo mundanam te ſapientiam aut iſtius archana ſapientiæ doceam: ſed ut harum rerum ſequelam, ut huius præmaturi ſplendoris et gloriæ finem introſpiceres. At quis hic finis et quæ ſequela ſolet eſſe? Profecto prodigalitatem et luxum bonorũ diſſipatio ſequitur, diſſipationem ardens cupiditas, rapina, latrocinium, cedes. Nam abbiſſus abbiſſum inuocat, abbiſſus expenſarum abbiſſum inuocat rapinarum. Sic ut uides illecebroſe mũdi uoluptates iudicium rationis inuertũt, et mentes incautas in uitia ſuis blandicijs illiciunt, more ſyrenũ quæ nautas quos uocis ſuæ dulcedine captos in ſoporem inducũt: ad gubernationem nauis minus attentos in mare deijciunt. Itaq; conſiderãs te tota uia iam errare, diuinam inuoca gratiam ut miſereatur tui, clama Miſerere mei deus, nec inexauditus abibis. Nam miſericordia dei multiplex eſt omnem numerum exuperans, et quatuor immẽſa modis,

1. Ioã. 2.

Nihil Iuueni præmaturæ faciendũ.

Pſal. 41. Expo.

quadruplex dei mia.

ſa modis, immenſa modis omnibus: altitudine, profunditate, lon=
gitudine, et latitudine. Altitudo eius conſcendit in cœlū ut ibi ſcri=
p̄s.35.Expo. bitur Domine in cœlo miſericordia tua. In cœlo quidem eſt remu=
nerans angelos et beatos ſupra meritum, ultra condignum. Quid
enim angeli fecerunt illa cœleſti gloria dignum? Deus ex ſola miſeri=
cordia creauit eos, et tot inſigniſſimis dotibus condecorauit. Quid
fecerunt beati quo promererentur beatitudinem? Multa ſane paſſi
ſunt amore dei: ſed quid hæc omnia ſunt ad eius gloriam? Apoſto=
Ro.8.Expo. lum audi, Non ſunt cōdigne paſſiones huius temporis ad futuram
gloriam quæ reuelabitur in nobis. Qꝫ ſi in una lance præmium æ=
ternæ gloriæ, et in altera meritum hominum appenderetur: o quan=
tum merito proponderaret illud præmium? Quoniam horum ine=
Iob. 6. qualis cōparatio, nulla proportio eſt. Quaſi harena maris hoc gra=
uius apparet. Quid harenæ puluiſculus ad molarem, quid cerasi la=
pillus ad decumanū montem? Sic hominū ſe peccata habent ad dei
miſericordiam. Eſt et profunda miſericordia dei. Nam ſeſe humilias
ad terram, et uſqꝫ ad inferna deſcendens: ſanctos inde patres extra=
Pſal. 85. xit, ut pſaltes inquit Miſericordia tua magna eſt ſuper me, et erui=
ſti animam meam ex inferno inferiori. Nec ad eos ſolum qui uindi
cantur ad ſalutem, ſed ad damnatos etiam miſericordia deſcendit: in
quos citra cōmeritum animaduertit, multoqꝫ remiſſior illorū pœna
eſt, q̄ quæ iuſtiſſime a deo poſſet infligi. Eſt quoqꝫ lata miſericordia,
ſeſe per mundum uniuerſum expandens, eodem teſte Miſericordia
Pſal.32. domini plena eſt terra. Conſideremus enim, exploremus, et diſcu=
tiamus omnes in terra peccatores: quicunqꝫ pœnitentia ducti reuer
tebantur ad deum, an eos ipſæ in gremium miſericordiæ ſuæ recepe=
Luce.7. rit, an ſint paſſi repulſam? Quis non putaſſet Magdalenam damnā=
dam propter magnitudinem ſcelerum? Cui tamen per lachrymas ef=
fuſas, amoris et pœnitentiæ plenas, remiſit dominus omnia quot=
Luce 19. quot inſolentiſſime perpetrauit ante peccata. Quis non illud idem
in notabili publicano iudicaſſet? Qui tamen dei miſericordia ſaluus
Ioan. 8. factus eſt, et abijt in domum ſuam iuſtificatus a templo. Quis non
crediſſet mulierem in adulterio depræhenſam, ſententiam damna=
tionis

tionis accepturam a CHRISTO? Cui benignus tamen ille dixit
Nemo te condẽnauit, neqꝫ ego te condẽno: uade et noli amplius pec=
care. Quis cogitasset latronem CHRISTI in cruce derisorem,
operũ eius blasphematorẽ, totũqꝫ uitæ spatiũ in malefactis et uitijs
absumẽtem, tantam hijs paucis Domine memẽto mei dũ ueneris in , Luce.23.
regnũ tuũ mereri posse gratiam, ut ei statim dñs dicere non dedigna= ,
retur Hodie mecũ eris in paradyso? Sed quis erat iste paradysus? , Expo.
Infernus ꝑfecto seu Limbus. Quid dico? Infernũ esse paradysum? N.
Erat non dubiũ eo tempore quo CHRISTVS post passionem eo
descẽdit ad cõsolandos ꝓgenitores. Nam experimur ꝙ ubicũqꝫ pa=
pa fuerit, is locus Romana curia dicat̃, uti sẽtit etiam archidiacouns:
et ubi fuerit regia maiestas, ibi sit aula regia. Per eãdem uim ubi deus
est: ibi paradysus esse sẽtitur, Promisit itaqꝫ deus latronẽ fore secũ in
paradyso: non ꝙ eo die uel in cœlo uel in ipso paradyso quem plãta=
uerat ab initio foret: sed quod in Limbo cũ ipso paradysi suauitatem
inueniret. Sicqꝫ tum patres eduxisse dicit̃, non ꝙ e loco illo tũc tran=
stulerit: sed ꝙ per prẹsentiam suam mutaret Limbi pœnam in para=
dysi gloriam, quoniã ubi CHRISTVS deitatem ostẽderit: ibi re=
gnũ, ibi paradysus, ibi gloria beataqꝫ fruitio, Sed eosdẽ postmodũ as
cendẽs secũ euexit ad cœlũ empyriũ captiuam ducens captiuitatem.
Quid igit̃ latronem dei memorem esse, deiqꝫ miam inuocare fecit?
Ipsamet certe mia dei, quæ clam, sed efficaciter tũc operabatur in eo?
Ergo hẹc magna mia dei lata, alta, et profũda est. Est deniqꝫ mia dei
longa, quæ nunq̃ cæpit, nec unq̃ desinet. Mia eius ab æterno et usqꝫ , Psal. 102.
in æternũ super timẽtes eũ. Tertio qui uenit in nos inimicus, dyabo= ,
lus est: q̃ sic a Matheo uocat̃ inimicus homo: Seminauit homo bonũ , Math.13.
semen in agro suo, uenit autẽ inimicus homo et supseminauit zizã= , Expo.
nia in medio tritici. Nota sensũ istius ꝑabole. Bonus homo CHRI=
STVS seminat bonũ semen, seminat uerbũ ueritatis in hoibus, ut i=
ducat eos ad fidem, spem, charitatẽ, obediẽtiam, humilitatem, casti=
tatem, aliasqꝫ uirtutes, ut eos exẽplis instituat, et miraculis cõfirmet:
quibus oĩbus toto conamine dyabolus obstare, uelleqꝫ subuertere ꝓ=
batur, seminãdo uarios errores, peccata, et scelera. Quare malus ap=
tissime di=

Qualis paradysus latrõi concessus.

Cap. de præbendis et dignitate.

Diuinæ miæ clancularia operatio.

Inimicus homo quis. tissime dicit et inimicus homo. Nam magnus inter homines inimicus cēsetur q pecunias et bona tēporalia tollere nititur, maior ille qui corpus extinguit, maximus uero qui perimit aīam. Dyabolus autē ad perimendam animam semp excubat. Eius ibi desyderiū exprimitur Da mihi aīas: cætera tolle tibi. Ardorem illius pessimi desyde-

1. Petri. 5. rij sic Petrus explanat, Aduersarius uester dyabolus tanq̄ leo rugiēs

Expo. circuit die ac nocte quærens quem deuoret. Hic est capitalis hostis

Fraus et potestas dyabolica. humani generis, author sceleris, caput iniquitatis, corruptor orbis, agitator et prestigiator hominum, peccati procurator, persuasor impietatis, iniustitiæ mundanæ princeps, et animorum oppugnator. Tendit retia, parat muscipulas, tēdiculas abscondit, machinas et laqueos apparat, insidiatur, copias tentationum instruit: et hinc undiq; corpus inuadit, illinc blandissimis ludibrijs illectat et suffocat animam: acuit carnalem appetitum, et affectus ac concupiscentias inflammat hominesq; peccatis inuoluit, spoliat animam bonis omnibus, et sacrum dei gazophilatium diripit. O deus quid hunc hostem tuum obtinentem, in mundoq; regnantem tam patienter aspicis? Quis enim illi resistat, nisi singulare præsidium tuum interpo-

Iob. 41. nas? Non est potestas super terram quæ comparetur ei. Quid uos

Expo. dicitis? An est terrena potestas ei similis? An æqua pugna est inter hominem et demonem? inter fortem et imbecillem? inter leonem et catulū? Ille spiritus est, naturæ simplicis: cui nulla moles obsistat, subtilior q̄ ut paries excludat, agilior q̄ ut ullo labore lassescat, et cō-

Grego. tinuo tentat ut saltem tedio uincat. Quid ergo mihi faciendum in hoc internicino prælio domine deus? Nihil aliud auxilij uideo, q̄ ut

Infirmitas humana. succlamem ad te Miserere mei domine quoniam infirmus sum. In hac domine pugna sine tuo nihil possum adiutorio: nisi tu me iuueris hostes me superabūt, quoniam infirmus sum. Attamen me non impellere potest dyabolus ad peccata: quia tu non permittis hominem tentari, nisi quatenus ipsæ possit resistere, ut de te profitetur

1. Cor. 10. Apostolus Fidelis deus qui non patiet̄ uos tentari supra id quod potestis: sed faciet cum tentatione prouētum ut possitis risistere. Nos etenim libero donauit arbitrio, quo relicta falsitate ueritas innotescat, et uitio

cat, et uitio

cat, et uitio declinato bonitas eligatur. Nos tamen uitiorum misera suauitate pellecti, contra sæpe fecimus. Tu per apostolum ais Si uixeritis secũdũ carnem moriemini: et ego tamen carnis illecebras sum secutus. Tu per charos apostolos inquis Nolite diligere mundum, nec ea quæ in mundo sunt, quoniam mundus transit et concupiscentia eius: et nolite confirmari huic seculo: attamen ego mundanis rebus inhesi. Tua sententia est Nolite dare locum dyabolo: mea tamen prauitas, deprauata uoluntas, et degrauata infirmitas dyaboli me tentationibus subiecit, Ideo Miserere mei domine, quoniam infirmus sum. Tam infirmus, ut sine te non peccare non possim, tam infirmus ut etiam adiutus a te, mala tamen uoluntate peccem. Opitulamen in te solo mihi esse uideo. Quamobrem adiuua me domine in hoc bello tam periculoso. Nam quocunq; me uerto, graue ac periculosum immihet, hanc carnis labem, hanc fragilitatem, hanc naturæ infirmitatem peccãdiq; propensionem, has insidias mũdi, dyaboliq; uiolentiam sic insurgere uideo. Te nunc unum esse confiteor qui me tueri possis. Hanc quidem infirmitatem adeo propheta memorat, ut deum magis propitium inueniat et ad misericordiam inclinet. Nam q̃uis hæc infirmitas non plenæ peccatum excuset: iudicis tamen iram aliquantulum mitigare, misericordiamq; mouere solet. Quoniam (ut ait Augustinus) Argumẽtum pietatis ostensio est infirmitatis. Opem hanc pietatis implorãs infirmus ait, Miserere mei domine quoniam infirmus sum. Infirmus sum originalis culpę reliquijs, infirmitate naturæ laborans: ideo miserere mei. Mollis educatio me corrupit, corruptaq; consuetudo perdidit et infirmissimum fecit: ideo miserere. Frequenter actio mea loquelaq; me polluit: idcirco miserere mei. Conscientiæ uermis in corde meo lumen tui uultus extinctum ostẽdit, et interna proinde me pœna cruciat: ideo miserere. Peccatum undiq; subsultat, et ideo miserere, miserere mei. Vulneratus opem inuoco, uulneratus adulterio, uulneratus homicidio, superbia et iniustitia. Verum confiteor non cœlo peccata mea, confiteor ea grauissima, meipsum accuso, coram te traduco, meipsũ condemno: ideo miserere mei. Vide christianæ pœnitens, uide quid te

Rom̃. 8.
1. Ioan. 2.
Rom̃. 12.
Ephe. 4.
O.
August.

nunc oporteat facere. Audis pœnitẽtem prophetam, audis non ex-cusantem, sed peccata confitentem. Non excusat, non se iustificat ut Phariseus, nec quemadmodum solent plæriq; hominum: qui sese iustificantes si quid errauerint, id statim astris et syderũ influencijs imputant, peccata sua prodigiosis cõmentatiunculis interea palliantes. Aiunt sese Saturni, Martis, aut Veneris impulsu, non sponte, quicquid mali faciunt perpetrasse: immo constellationes ipsas, non se deliquisse asserũt. Ecce quemadmodum indignissimi peccatores se iustificant, et deum qui quod creauit cœlum stellis ornauit, omniparēq; telluris orbem condidit, accusant: quibus potius erat pro uirili conandum, ut obuiam irent et dominarẽtur uiribus astrorum, q̃ protinus abiecto se animo parare ad excusandas excusationes in peccatis. Sed his quadrat terribilis illa sententia Dominus iustus concidet ceruices peccatorum. Quis ad hanc horribilem uocem quando pronuntiatur non contremiscat? Quis audiens Concidet dominus ceruices peccatorũ, non extimeat et perhorrescat? Ceruices (inquit) peccatorum concidet. Et quis sine peccato? Ergo timendus omnibus gladius ceruicibus impendens. Nec dico q; ceruices solas peccatorum, sed aliorum alia membra concidet. Veruntamen non manus aut pedes, alias ue corporum partes, sed ceruices peccatorum nominauit: quia superbos intelligi uoluit, quos erecta ceruix arguit Dum extento collo currunt aduersus deum, quando grauissime delinquentes peccata propria nolunt agnoscere, nec bene monentibus obtemperare: sed alios accusantes, alios derisui quidem habentes, seipsos uero iustificantes, et malefactis adblandientes, aut omnes peccatores a cõmeritis iniuste defendunt, aut illud Pharisei seorsum sibi tribuunt Non sum peccator sicut cæteri hominum. Horum plane dominus iustus concidet ceruices. Propheta uero longe melius agit, qui sibi conscius uulnera detegit accepta, fragilitatem agnoscit, non coacte sed sponte fatetur omnia: non naturæ, non ui, non fatis, sed suæ prauitati, uoluntariæ procliuitati, malignęq; consuetudini deputans, et ideo sic diuinum auxilium inclamans, Miserere mei domine quoniam infirmus sum. Ostendo domine tibi meam infirmitatem,

ostendo

Falso querẽtes de natura et astris.

Psal. 128.

Expo.

Cõciduntur ceruices peccatorum.

Iob 15. et Esa. 5.

Luce. 18.

oſtendo tibi peccata ſingula, negligentiam et ſtultitiam confiteor. Tu domine contuliſti mihi rationem, qua bonum a malo dinoſceſrem: dediſti mihi liberum arbitrium qui malo cōtempto bonū eligerem, at ego tamen meapte ſponte, meo conſenſu, meaq; fragilitate in malum incurri. Hæc mea prauitas, hæc fragilitas, hæc eſt infirmitas mea. Idcirco miſerere mei, quoniam uides quemadmodum infirmus ſum. A te remedium quæro qui præſtare potes: ad te confugio, nec ad iuſtitiam tuam quæ peccatores corrigit, ſed ad miſericordiam quæ pœnitentibus ignoſcit. Ideo miſerere, miſerere mei, miſerere domine. Domine miſericors iuſtifica me dolētem, remitte peccata pœnitenti, quouiam ego miſer ſum, ſed tu ipſa es miſericordia quam imploro. Tu me miſerum iuua, tu tolle miſeriam, dele peccata quæ confiteor. Ecce cognouit propheta ꝙ ſine confeſſione iuſtificari non ualuerit, ſaluari non potuerit. Immo deus confeſſionem exigit, non quia cōfeſſione noſtra egeat, cui omnia præſto ſunt manifeſtaq;, quæ uel cogitamus, uel loquimur, uel operamur: ſed illam peccatoribus impoſuit legem, ut per obedientiam iſtam et non aliter iuſtificarentur, ut per uerecundiam iſtam, per peccatorum erubeſcētiam a peccatis omnino reſilirent. Igitur et tu confitere peccata, nolis abſcondere. Sed et Salomonis in hac re ſententiam audi, Qui abſcondit ſcelera ſua (inquit) non dirigetur. Non dirigetur in uia ſalutis, qui ſcelera non manifeſtat. Qui autem confeſſus fuerit, qui ueraciter et integre manifeſtarit, et reliquerit ea non recidiuando: miſericordiam conſequetur. Quare ſi ſanari cupias: confitere. Effunde ſicut aquam cor tuum ante conſpectum domini, ait Ieremias. Nam ſi operā medicantis expectas, uulnus neceſſe eſt detegas (iquit Boetius). Et (ut dicit Auguſtinus) Quomodo poteſt medicus uulnus ſanare, quod egrotus erubeſcit oſtendere? Oſtende tu uulnus, et ipſæ medetur. Dicit enim apoſtolus Ore confeſſio fit ad ſalutem. Idipſū Euangeliſta ſic aſtruit Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt deus et iuſtus, ut remittat nobis peccata noſtra: et emundet nos ab omni iniquitate. Spe huius emundationis peccatorumq; remiſſionis animatus propheta

Margin: Infirmitas carnalis et ꝑuerſitas uoluntatis. — Confeſſio neceſſaria. — Prouer.28. — Ibidem. — Treñ.2. — Boetius. — Auguſt. — Rom.10. — 1. Ioan.1.

confitetur, et ut ſanatus ab omni peccatorum infirmitate ſimul ab
P. æternis inferni cruciatibus liber euadat, ſupplex adorat. Miſerere
, mei dñe qm̃ infirmus ſũ, Et Sana me dñe qm̃ cõtu:bata ſũt oia oſſa
, mea. Sana me qm̃ tu magnus es ille medicus de celo deſcẽdens, qui
, totũ ſanas hoiem, q corpus pariter et aiam emũdas. Sana me, me-
dere meis īfirmitatibus, medere morbis, medere uulneribus accep-
tis. Tu ſolus es medicus, tu ſolus es chyrurgicus qui rectiſſime cu-
ras, et omnia priſtine ſanitati reſtituis. Ego corpus gero corrup-
tum, animam circumfero lãguidam, carnem infirmam porto: quæ
ſimul animam aggrauat ſuis deſyderijs ac illecebris, et totum ho-
minem in graue ıui periculum titillando pertrahit. Nondum
enim corruptibile hoc incorruptionem induit: ſed ego quibuſdam
carnalibus adhuc perturbationibus et blandicijs impetor, tenta-
tionibus pluribus exagitor, nonnunq̃ corporis mei delectationi-
bus acquieſco, et in uoluptate uelut ſus in ceno uolutor, oblitus re-
cte rationis et doctrinæ cœleſtis. Spiritus etenim promptus eſt,
caro autem infirma. Mundi portentoſis illuſionibus et præſtigijs
obruor, corporis oblectamentis expugnor, languidus et infirmus
ſum. At tu ſana me domine, et ſanabor. Scio q ab hijs infirmita
tibus non niſi per te ſanabor, quoniam optimus maximus es ipſæ
medicus, qui quod uis, infallibiliter et certo curare potes, es medi-
cus qui ſanari uolẽtes omnes, ultro ſanare ſoles. Nam De cœlo ue-
, nit magnus medicus (ait Auguſtinus) quia ubiq; iacebat egrotus.
Multe fuerunt infirmitates, uulnera multa et inſanabilia, plagę in-
curabiles et deſperate, ſoliq; tibi IESV CHRISTE reſeruate:
quas ut ſanares adueniſti, ueniſti ut ſanares genus humanum, ut
humanis morbis medicareris carnem noſtram induiſti. Ideo ſana
me domine. Pernoſcite pij auditores eximiam prophetę ſapientiã,
qui poſt acceptum graue uulnus, cõtempta minus peritorum inua-
lida cura: ſeſe contulit ad medicum cordatiſſimum, tutiſſimum, do-
ctiſſimum, et chyrurgicum expertiſſimum, nempe deum. Se cõtu-
lit ad eum medicum qui omnia uerbo reſtaurat, qui dolores omnes
ac ulcera molliter attingens in ſuum ſtatum omnia reuocat. Etiam
tu quiſquis

Marginal notes: Solus deus magn⁹ et uerus medic⁹. (beside "dere meis īfirmitatibus") — I. Cor. 15. (beside "minem in graue") — Mat. 26. (beside "cte rationis") — Iere. 17. (beside "ſum. At tu") — Auguſt. (beside "cus qui ſanari")

tu quisquis infirmitate laboras, ad hunc medicum aduola: qui sanat
omnes infirmitates tuas. Perrexit Dauid ad deum, perrexit ad sum= Psal. 102.
mum medicum, ad perfectum chirurgicum, immo medicũ medico=
rum, ad eum qui sanat omnes omnium morbos: ut in infirmitate si=
militer simile tibi doceat iter ineundum. In cura corporis aliquid ho
mo potest, morbos atq; uulnera uel sanans uel imminuens: sed quis
nisi solus deus ulcus animæ sanare poterit? Est hoc spirituale quidẽ,
internum, secretum, altum, ac inuisibile: et quis poterit hunc laten=
tem et inuisum animi morbum introspicere, uel uulneratam animam
introspiciendo penetrare: ut eam lauet, purget, foueat, malagmatis
inungat, et fascijs astringat, nisi solus deus? Quis potest remittere Luce. 5.
peccata nisi solus deus, qui sanat omnes infirmitates nostras? Ipsæ Psal. 102.
infirmitates nostras accepit, et egrotationes portauit. Ipsæ est ma= Math. 8.
gnus ille medicus ab origine mũdi tam sedulo requisitus ac expecta=
tus. Neq; mirari debes q̃ omnis huiuscemodi potestas quæ respicit
animam, medico corporis abnegetur: quum tot etiam corporalium Morbi sudoris curatio medicis ignota.
morborum genera sint in quibus eius peritia tota cecutit. Vos ipsi
mihi dicite quis istorũ medicorũ in eo morbo qui nuper accidit non
est hallucinatus? Terribilem dico sudandi nouitatem, quæ nõnullis
e medio repente sublatis, cæteros oẽs una cũ medicis ipsis ad insoli-
tum stuporem rapuit, sibiq; uereri fecit. Multi multi morbi sunt qui
fallunt artem medicorum, cognituq; difficillimi. Q: si morborum in
corpore tanta sit difficultas: quãto maior esse credi debet eorum qui
siti sunt in anima? Ad hos ergo quis inuestigando peruenire poterit
nisi solus deus? Deus deus ipsæ curabit, qui et solus scire poterit.
Deus solus est qui sanat corde contritos, animo mestos, corporeq;
turbatos: qui sanat omnes infirmitates hominum, et apertas in car=
ne et secretas in mente. Hoc prudentissimus prophera probe satis
intelligens, huius medici curam exorans ait, Sana me domine quo=
niam infirmus sum. Sana me, quoniam conturbata sunt omnia ossa
mea. Sana me quoniam tu es de quo mihi spiritus id insusurrat Be= ps. 102.
nedic anima domino qui propiciat̃ oĩbus iniquitatibus tuis, q sanat
omnes infirmitates tuas. Infirmitates autem animæ plurimæ sunt. Q.

Snp̄bia fre- nesis est. SVPERBIA, phrenesis aïæ est. Patit̄ enim hic phreneticus, patit̄ superbus, mētis alienationem: nec de se nec de alijs recte iudicans.
Pctā capita lia morborū nomina sor- ciuntur. Seipsum quum sit omnium uere infimus, longe tamen præstantissi- mum estimat: reliquos mortales pre se contemnit tanq̄ ignauum pe- cus ducens. Hanc dementationem seu phrenesim passus est Nabu
Dani. 4. chodonosor dicens Nonne hæc est Babilon magna quam edificaui
Dep̄ssa Na- buchodono- sori sup̄bia. in domum regis, in robore fortitudinis meæ, in gloria decoris mei? In hęc uerba prorupit insanus, nimium uiribus suis ac potentię pro- prię confidens. Sed non defuit, immo statim affuit dei uindicta. Qui uoluit esse supra homines, factus est longe infra eos. Qui no- luit homines æquari sibi, æquatus est bestijs. Qui uoluit esse deus, manu domini subito deiectus, cum feris ĩ nemoribus multos annos exegit, oblitus regiæ gloriosæ quam tantopere iactitarat: bouem se reputans, cum bobus alijs habitabat, ut bos fenum comedit. Celi- co rore corpus infectum est, capilli in aquilarum similitudinem cres- cebant, ungues quasi auiū ungues eius erant. Cū feris utiq̧ uixit abiectus ex hominibus, donec septem tempora mutarētur super eū. O Nabuchodonosor rex, ubi tunc gloria tui dyadematis erat, ubi fa- ma splendoris, ubi præsumptio diuinitatis, ubi iactantia domus et ciuitatis in tanta fortitudine gloriaq̧ surrecte? ubi decus et potētia tua dum inter feras in nemoribus uersabaris? Fastus tuus fastus tu- us te deiecit ab hijs omnibus, hanc gloriam subuertit, et celebre tuū nomen extinxit. Post finem dierum (orante Daniele) redditus est sensus, reuersa figura, in regnum ipsæ restitutus, magnificentia am- plior addita. Tum q̧ laudat, tum magnificat, et glorificat regem cœ li cuius omnes uie iudicia, et qui gradientes in superbia potest et uult humiliare. Hunc morbum, hoc apostema, hanc etiam phrenesim
Actu. 9. passus est Paulus apostolus, spirans minarum et cedis in discipulos domini: sed postea resipiscens a deo curatus est, quæ notior est histo
Ira febris. ria q̄ ut in ea pluribus immorari uelim. IRA, febris acuta animę est. Siquidem ut febricitans calore sitiq̧ grauatur: sic qui inficitur ira, pa titur cōtinuum animi incendium, sitimq̧ ultionis inexplebilem, uri- tur ac inflāmatur audiens quod displicet, aut uidens quem odit, mē-

tis ardorem

tis ardorem gestu, uerbis et uultu sępe declarat, sitim ulciscendi reta=
liandiq́; cupiditatē monstrat. Hac infirmitate laborabat Herodes, Math.2.
qui uidens sese a magis illusum: iratus ualde, omnes pueros in Beth=
leem, et in omnibus finibus eius a bimatu et infra iussit occidi. Ecce
præcesserat calor irę nimius: et secuta est immodica sitis innoxij san=
guinis, crudelitas ultionis, et persecutionis immanitas. Hanc infir=
mitatem curauit CHRISTVS deus in apostolis murmuranti=
bus aduersus Petrum, Iacobū, et Ioannem: q̄ in trāsfiguratione prę= Math.18.
sentes hij soli fuissent. Ista trium prærogatio fecit alios excandesce=
re ac subinuidere, fecit interrogare Quis putas maior est in regno cœ=
lorum. At horum inuidētiam dominus ita compescuit Nisi efficia=
mini sicut paruuli non intrabitis regnum cœlorum.

ACCIDIA, paralisi comparatur, quæ membrorum est dissolu= Accidia paralisis est.
tio ac debilitatio. Hunc morbum in figura prēmōstrauit ille qui tri= Ioan.5.
ginta octo annos ante piscinam iacens salutiferam, nunq̄ in eam des=
cendere potuit ut sanaretur. Significat enim inertes istos, ignauos
et stupidos, qui portam pœnitentiæ contritionis scilicet et confessio=
nis adeunt: sed non intrantes occupare desistunt. Hos præmatura
sæpenumero mors anteuertit, ut uolētes benefacere non possent, qui
quando poterant noluerunt. Quocirca sic eos dominus præmonet
Ne tardes conuerti ad dominū deum tuum, ne differas de die in diē, Eccl.5.
nam subito uenit ira eius, et in tempore uindictę disperdet te. Hanc
infirmitatem sanauit in latrone, qui post longissimam dilationem,
misericordiam implorans exauditus est. GVLA, bolismo simillis= Gula bolismus est.
ma est, aduersus quam talem uictus parsimoniam, et modum uiuē=
di temperatū dominus edocuit Cauete ne forte corda uestra grauent Luce.21.
crapula. Nam in escis multis erit infirmitas. AVARITIA, hidro Eccl.37. Auaritia hydropisis.
pisis animę est, quę totum hominem inficit, corpus et animam simul
effeminat, mentem a tranquillitate dimouet et solicitudine replet.
Ab hoc morbo liberauit dominus Mattheum thelonarium, alios iti=
dem ita cōmonens per apostolum Auaritia est radix omnium ma= 1.Thi.6.
lorum, et alibi Auaritia est ydolorum seruitus. Illinc suos omnino Ephe.5.
cultores CHRISTVS auocat inquiens Nemo potest deo ser Math.6.
uire et

Luxuria lepra animæ. uire et mammonæ. LVXVRIA, animæ lepra est, inficiēs ac deturpans hominem pre cæteris uicijs omnibus. Hoc detestabile uitium, immo fedissima seges peccatorum, templum Marie Magdalene prophanauerat: quod dominus rursum emundans consecrauit. Dominus etenim ita peccātem abijcit, ut per pœnitentiam redire uolentem non recuset. Qualiter abijciat ostendit ibi Paulus (1. Cor. 6.) Neq; fornicatores, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorum concubitores regnum dei possidebunt. He sunt infirmitates animæ. Hijs omnibus, et si quæ sint aliæ medetur dominus, sanat uniuersa peccatorū genera: uocando, monendo, blandeq; peccatores ad pœnitudinem et resipiscentiam inuitando. Omnes inuitat, et uenientes haud dubie sanat. De quibus illud scribitur (Luce. 6.) Omnis turba quærebat eum tāgere, quia uirtus de illo exibat et sanabat omnes. Propterea quisquis es peccator, non poteris iure dubitare, quin aduersus omnia peccata remedium inuenias: nec excusare te potes a peccato. (Quis immunis a pctō.) An a cunctis hijs infirmitatibus es alienus? es ne peccato subiectus uitio ue cōtaminatus? claudicas in nullo? nullo laboras? opprimeris ne tentationum fluctibus? uoluptatum illecebris? An non libido carnis nouerca uirtutum aliquando inuadit? num mundi cōcupiscentia uincit? nonne uersutissimus inimicus expugnat? bibisti ne de calice peccatorum? de calice dyaboli? de quo scribitur (Psal. 10.) Ignis sulphur et spiritus procellarum pars calicis eorum? (Expo. R.) In quo quidem calice triplicem potum propinat inimicus ille dyabolus. (Diabolus triplicem potū propinat in calice suo.) Ignem praue concupiscentiæ, sulphur fœtentis luxuriæ, fœtorem gulæ, aliorumq; similium. Spiritus procellarum iræ, inuidiæ, superbiæ, aliorumq; uitiorum omnium multitudinem includit. (Calix diab.) At cur partem calicis et non totum uel absolute calicem eorum ait? Puto ob id dictum, q peccatores in uita præsenti, partem dumtaxat habeant peccati, maculam uidelicet et reatum, hoc est animæ deformitatem, et ad pœnam æternā obligationem: de quo scriptum illud accipit (Treñ. 4.) Denigrata est super carbones facies eius. Sed in futuro, partem aliam sustinebunt, pœnam bibent æternam, sic ad quod obligati sunt ibi persoluturi. Hinc peruidetis ut in præsenti partem tantum dyabolici calicis bibunt. De

quo nonne

quo nonne tu quoq; bibisti? Bibisse fateris. Ergo bibas et de calice dñi. De illo bibe si sanari cupias. Bibe calicem illum amarũ. Bibas oportet ut saneris. Proponit hunc medicus ut te saluti restituat. Si repellas amaritudinem: recusas sanitatem. Calicem bibisti tentationum quibus hæc uita scatet, calicem uitiorum imbibisti: restat ut contra, calicem tribulationum, angustiarum, passionum et pœnitentiæ bibas. Calix peccatorum toxico te repleuit, quod solus calix tribulationũ eluit et permundat. At elanguescis ad hæc, his te fatigari dicis, hunc calicem causaris insuauem, asperum, et amarulentum: bibendus tamen ut uiuas, ut saneris, ut reualescas. Verum te non ferre, non sustinere, non bibere posse respondes. O languide peccator noli sic dicere, noli negligere salutẽ tuam. CHRISTVS præcessit daturus exemplum, quod tu sequereris. Quod ille tua solius causa fecit: tu tui causa suscipias. CHRISTVS ille dux ac caput tuum, ne esset q̃ hoc poculũ exhorrescas, tibi prælibauit, pocillator optimus ac medicus indulgentissimus. Infirmo potionem amaram et pharmacum insuaue ministrat sanaturus: ne tamen bibere formides, ipsæ prægustat. Prius quod ministrat ipsæ sumit, ipsæ bibit qui non egrotat, ne tu quum sis egrotus, bibere dubites, ne tu languidus recipere cõtemnas. Quid est insuauis poculi, quid amari calicis qđ ille non gustauit? Recordare quos cruciatus, quos ictus, quæ uulnera, quas plagas, ille sola tui charitate susceperit. Quid amaritudinis? quid ignominie? quid contumeliarum? quid afflictionum non ille patienter accepit? Si contumeliam respicias: cogita qualis erat illa cõtumelia quam dœmones expellẽti Iudei sic impingebãt Dœmoniũ habes, in Beelzabub principe dœmoniorũ eijcis dœmonia. Quãta contumelia uociferantium ad Pilatum Tolle tolle, crucifige eũ? Quæ contumelia sic improperantium Si filius dei sis, descendas de cruce et credemus tibi? Quot quæso ludibrijs incesserũt illũ Pharisei, Scribe, quot reliqui Iudei? Si dolores et afflictiones animo reputes: ille ligatus est, flagellatus, arundine cæsus, alapis percussus, facie consputus, corona spinea plexus, crucifixus, aceto felleq; potus, pensus

Calix xp̃i.

Calicẽ xp̃i bibere multi recusant.

Math.12.

Math.10.

Mat.20.

Psal 21. , tus, pensus inter latrones, habitus derisui, uermis et non homo re-
Ibidem. , putatus, opprobrium hominũ et abiectio plebis effectus. Si mors amara tibi uideatur, etiam ille mortuus est. Si genus mortis exhorrescat naturæ debilitas et carnis infirmitas: nihil eo tempore fuit
Phil. 2. , ignominiosius morte crucis. Quare non abs re cõmendans aposto
, lus hanc singularem obedientiam eius ait, Factus est obediẽs usq;
, ad mortem: mortem autem crucis. Mortem inquit crucis: ut ex indignitate supplicij, magnanimitatem patientis intelligas et obediẽtiam. Hæc passio, hæc mors, calix erat ille e quo bibit CHRISTVS: calix amarus, de quo futuro CHRISTVS præcogitãs
Mat. 26. , uelut amaritudine uictus, ad orationem ita se conuertit Pater si
, possibile est transeat a me calix iste: et pre dolore factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. O q̃ acerba et intolerabilis censenda fuit hæc potio? q̃ dura passio, cuius uel sola memoria tam graues, tam asperos habuit effectus? O calicem

Calicẽ xp̃i biberunt omnes electi.

passionis immensæ, o calicem mortis indignissime, o calicem angustiæ et tribulationis inauditę, o poculum amarum, poculum as-
S. perrimum. Hoc poculum potari uoluit CHRIVTVS ab apostolis, a suis sectatoribus: hoc proposuit filijs Zebedei terrestre re-
Math. 25. , gnum affectantibus dicens, Potestis bibere calicem quem ego bibi
, turus sum? Potestis calicem perturbationum et pœnitentiæ bibere? potestis angustias et tormenta sustinere? potestis aduersitates huius mundi tolerare? Non uenio, non uenio daturus temporale regnum, sed ostensurus uiam qua perueniatur ad æternum. Preter hanc arctam et angustam, uia non datur ad cœlum. Superas euadere ad auras: hoc opus hic labor est. Oportet oportet per tribula
Actu. 14. , tiones multas intrare regnum dei. Non est regnum dei esca et po-
Rom. 14. , tus, non est uoluptas istã corporis in cœlo, non licet in hoc orbe simul affectibus seruire et regnare cũ CHRISTO. Si quis ab hoc calice liber abire posset in cœlum: an non apostolos existimares? At hic qualiter ipsi biberint intelligis. Interrogati an calicem quem
Luce. 2. , ipsæ biberat bibere possent: respondent, possumus. Er ipsæ, calicẽ
, quidem meum bibetis inquit. Si qua possit excipi: num excipiendam crederes

dam crederes matrem CHRISTI? At illius animam pertransiuit gladius doloris. Illa per totam a passione uitam, poculum istud amarulentum ebibit. Non martyres aliud in cœlum iter inuenerũt, q̃ ut hanc salubrem potionem non recusarent. Quorum alij distenti sunt non suscipientes redemptionem ut meliorem inuenirent resurrectionem: alij ludibria et uerbera experti, insuper uincula et carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Q si quis neget confessores hoc poculi genus delibasse, legat quæso quod in eodem ad Hæbreos scriptum sit de eis, Circuierũt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus, In solitudinibus errantes, in montibus, in speluncis, et in cauernis terræ. Sed cur non erat mundus eis dignus? Quia angelis magis similes in uita sua fuerunt q̃ hominibus. Hunc quoq; calicem degustauerunt sanctę uirgines quarum ueram deo cõfessionem ibi legimus, Propter te mortificamur tota die. Carnem nostram (inquiũt) spiritui subdimus, sensum rebellantem rationi parere cogimus, nobilipsis non parcimus ut parcat nobis dominus. At ut in summa dicamus, quis unq̃ uitæ beatæ fuit particeps, qui non ex hoc poculo quicq̃ hauserit? Ostende mihi si queas uel unũ. Non est possibile ꝙ etiam unus ostẽdi possit. Tam enim ad sanitatem cõferendam salubre, tam efficax ac præsentaneum est hoc poculum, tam forte pharmacũ: ut omnes omnino peccatores per ipsum ad pœnitẽtiam accedentes, mortem euaserint æternam. Quemadmodum illi barbari Niniuitæ per ieiunium: Meretrix illa per lachrymas humiliter effusas: Paulus peccata sincere confitens: et latro certissime credens, redierunt in gratiam apud deum. Vides hinc quot tibi medicinarum genera cœlestis medicus offerat, sicut alijs prius obtulit. Eligenda una est, et in penetralia cordis tui transmittenda, uel pereundum est omnino tibi, sicut ibi scribitur Nisi pœnitẽtiam egeritis omnes simul peribitis. Varietatem autem medicinarum iuxta uulnerum differentiam adhibet. Si non possis absolutam apostolorum, martyrum eximiam, sublimem confessorũ, et uirginum excellentem pœnitentiam implere: at quam potes expleas. Ora, ieiuna, eleemosynas eroga,

Hębreos. 11.

Ibidem.

Rom. 8. et Psal. 43.

Diuersa genera medicinarum aiæ.

Luce. 13.

nas eroga, corpus aſperiore ueſtitu contege: laboribus pijs et peregrinationibus exerce. Si per inopiam eleemoſynam cum Thobia, cũ Thabita dare nequeas, peccata tua ieiunijs expurga. Sin minus cum Niniuitis ieiunare uelis: cum Meretrice peccata lachrymis ablue. Q; ſi etiam hoc modo minus ſuccedat, non q̃primum animus eſt abijciendus: ſed nihilominus cum Publicano dei miſericordiam implorabis, cum Publicano compungeris. Neminem opinor eſſe tam faſtidioſi pectoris aut impotentis animi, qui non ex oblatis tam diuerſis pharmacis uel unum admittat et ſuſtineat: quo ualitudinem ſarciat atq; contineat. Si ieiunio, ſi lachrymis, ſi eleemoſynis, melotis aut aſperioribus ueſtimentis, aſſiduis orationibus et uigilijs, peccata non eluas: conterere ſaltem et compungere, dominum deum ex toto corde, et ex omnibus uiribus incipias amare, memor ſermonis illius efficaciſſimi

Pſal.16. , Qui ſanat omnes ſperantes in ſe, et animitus ad ſe conuerſos accipit, ut illud ad peccatricẽ indicat

Luce.7. , Remiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum, et illud ad Paraliticum

Math.9. , Fili remittuntur tibi peccata, et ad Hemorrhoyſſam

Ibidem. , Confide filia fides tua te ſaluã fecit. Fortitudinem ſermonis illius illud ſapientiæ demonſtrat

Sapi.16. , Etenim neq; herba, neq; malagma ſanauit eos, ſed tuus domine ſermo q ſanat omnia. Iſte ſermo dei efficax eſt ad pellendos animi pœnitentis morbos, quamlibet atroces ac inueteratos. Pœnitentis inquam. Nam ſi pœnitere nolit: caueat ab illo dei uerbo cõminationis pleno,

Mat.21. , Ego dico uobis quia meretrices et publicani præcedent uos in regnũ dei. At cuius quæſo gratia pręcedent? Cauſa ſubdit,

Ibidem. , Venit enim ad uos Ioannes in uia iuſtitiæ et non credidiſtis ei: Publicani autem et meretrices crediderũt ei: uos autem uidentes nec pœnitẽtiã habuiſtis poſtea ut crederetis ei. Ipſi uerbo prædicationis excitati compuncti ſunt, uos autem non uultis conteri. Vides hic uarias potiones offerri, diuerſas medicinas oſtendi. Si nullas harum potionum non inſuauiores et magis amaras exiſtimes, q̃ ut tuo palato cõueniant: impone ſaccarum, ſaccarũ ſaccarum adhibeto ut mitiget acrimoniam, acerbitatem edulca ſaccaro. Memento q; has cœleſtis gloria ſequatur, memento quam ſcriptura cõſolationem et exhortationem adhibeat, Beati

Quomodo pœnitentia edulcatur.

beat, Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui nunc flent quoniam ridebunt. Confidite in domino qui uicit mundum et per pœnitentiam uincētibus gloriam pollicetur, qui laborantibus dat præmium non dormientibus, non sternutantibus aut ignauis: sed clamat Pœnitētiam agite, appropinquabit enim regnū cœlorū. Qꝫ dulcis hæc promissio est ob tantillos labores? Promissio regni, propter modici temporis pœnitentiam? Ecce dulcedo qua suauissima fiat amaritudo poculi. Eandem amaritudinem nonnihil adiuuat et imminuit frequens et pia recogitatio passionis CHSISTI. CHRISTI nanqꝫ passio si ad memoriam reuocetur: nihil tam durū, quod non æquo animo toleretur, Nullū tam efficax remediū contra uitia et tentamenta q̃ passionis CHRISTI memoria. Sub ista memoria tollitur omnis animæ corporisqꝫ languor: tollitur undequaqꝫ superbia. Quis enim adeo potest elatus esse ut præciosissimum IESV caput in cruce inclinatum cernens, non statim superbiētem aīm deijciat, humillimeqꝫ sese summittat? Quis adeo feruescit ira qui latus clementissimi seruatoris apertum in amorem omnium ac transfixum contemplans: non illico se placabilem ac mitem ostendat, proximoqꝫ suo non benefaciat, aut si facere non possit, saltem bene cupiat? Quis corde tam ferreo, uel pectore tam adamantino inuentus est unq̃, qui uidens coram extensa cōditoris brachia uelut ad amplexum, non ab inuidia temperet et omnibus sese præbeat amicum? Contra pigritiem et accidiam, pedes CHRISTI manusqꝫ perforatas in patibulo contemplare. Contra gulam, memoria repete fellis et aceti calicem. Contra Auaritiam, CHRISTI paupertatem et nuditatem intuetor. Contra fœdissimum Luxuriæ uitium, summa ueneratione suspice sacratissimum atqꝫ uirgineum corpus illud undiqꝫ confossum et uulneratum Cuius liuore sanati sumus. Nihil nihil tam ad ueri cognitionem facit aut accedit, nihil sic illuminat, nihil sic ad dilectionem accendit, uel corda mortalium erga creatorem adeo stimulat, nihil animam humanam tam sanctificat atqꝫ beatificat q̃ dominicę passionis sacra recordatio. Quocirca tu quisquis es hominum, qui molli ac delicato palato stomacho ue

Math.5. Luce.9. Math.3. T. Iero. Memoria passiōis xpi q̃ efficacissima. Bernar. sup Cant. Esa.53.

nauſeanti parum gratos illoſce cibos paſſionum ingerere nequis: ad memoriam huius paſſionis CHRISTI refuge. Cogita quanta, cogita q̄ grauia patienter ęterni dei coeternus filius, ſola tui charitate ſuſceperit. Propone tibi ante oculos q̄ immenſo præcio redemptus ſis, traijce in pectus hanc CHRISTI paſſionem indigniſſimā, hanc crucem uiliſſimam. Si martyrium ipſæ pati non poſſis: ſaltem quantum ac quale paſſus ſit CHRISTVS ſæpiſſime recogita. Sin per iſtec omnia non abūde dulceſcat calix et potio tua: adhuc alteram ſaccari quantitatem admoueto, ſpem inquam gloriæ futuræ: memoriam premij. Tunc exhauri calicem, tunc petas hauſtum e fūdo pœnitentiæ, et ibi dulcedinem inuenies: inuenies q̄ immenſa merces proponatur uere pœnitētibus, et operam in hac uita ſtrenue nauantibus præcepto dei, inuenies ita pollicentem CHRISTVM
Math.19. ſuis oībus Vos q ſequuti eſtis me, ſecuti p̄ pœnitētiam et uitā durio-
rem, ſedebitis ſup̄ duodeci ſedes, cū duodecim ap̄lis, iudicātes duo-
1.Cor.2. decim tribus Iſrael, et uitam æternam poſſidebitis. Hæc præmia quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, ſi quis æquus eſtimator et diligens examinator cum peccati ſtipendio (quæ mors eſt) comparauerit: nullum pœnitētiæ præceptū tam graue putabit, quod non melle ſuauius erit, ut mortis iſtius pœnam effugiens illam glorię uitā obtineat, nullū tam acre pharmacū quin tam ſecurę ſanitatis cauſą ſumere cōcoquereq̧ uelit. Eia, ſi medicinarum acerbitatem ferre non poſſis: ad clementiſſimum tamen ſeruatorem protenſis manibus aſſidue confugito, et ſupplex eius miſericordiam in capud tuum depoſcito, clamans cum propheta Miſerere mei domine quoniam infirmus ſum, ſana me domine. Sanet me tua gratia, da mihi gratiam qua pœnitentiæ calicem bibere poſſim, confer ſacramenti huius benefitiū. Opulentiſſima tua benefi-cētia qua p̄ditum genus humanum inſtauraſti me ſanitati reſtituat, et uiuidiſſima tua gratia me uegetiorem indies ad reſipiſcēdum peccataq̧ deteſtandum efficiat. Mihi hoc in uotis maxime eſt, ob id lachrymas fundo, ideo languet animus, torquetur cor, dolent uiſcera. Quare ſana me quoniam conturbata ſunt omnia oſſa mea.

In oſſibus

In ossibus firmitas interior intelligitur. Sicut enim ossa uires ac robur corporis efficiunt: ita uirtutes fortitudinem ac firmitatem animę continent, quæ uelut ossa quędam ac sustentacula sunt ipsius animę. Et sicut fractis ossibus totum corpus inualidum fit atq; dissipat: ita dissolutis uirtutibus tota infirmatur et conturbatur anima. Fastidiens alimēta corpus male habet ac periclitat: sic animus uirtutes exosus desperat. Quēadmodū uiator aut peregrinus genu, tibia, pede, uel alia parte corporis fracta, labefactata ue facilius casum minatur, labitur, corruit, et lapide quolibet offenditur: sic in hoc mundo qui peregrinatur a deo, ubi per corruptelam seculi peccatum imbiberit: a peccato trahitur in peccatum, trahitur in uitiorum lernam, et sentinam peccaminum. De gula trahitur in ocium, ab ocio rapitur in luxuriam, rapitur in zelotipiam, in peccandi consuetudinem, in baratrum peccatorum. Mala mens et corrupta pellicit ad auaritiam, ex auaritia uenitur ad inuidiam, odium, uindictam: uenitur ad rapinam, ad furtum, usuram, symoniam, et ad omne genus malorum. Peccatum (ait Gregorius) si per pœnitentiam non deleatur: mox suo pondere ad aliud trahit. Tollas ergo uirtutes, et infirmatur ac languescit anima: languescens in peccatum incidit, a peccato in peccatū obuoluitur. Vnde quum sic propheta pronunciet Turbata sunt omnia ossa mea: declarat aperte uirtutes omnes animæ per peccata deperdi, robur spiritus malitia uitiorum extingui. Quia noxa capitalis maliciaq; peccati mortalis, mortificat omnia bona opera, spoliās hominem omnibus benefactis qualiacunq; præcesserunt. Etiam si tot fuerint opera tua bona quot uerno tempore sunt flores in orbe, quot conspiciuntur in paradiso, quot in terra grana numerantur, in cœlo sydera, quot sunt aquarū guttæ, quot maris harenæ: hęc simul omnia uel unicum peccatū mortale suffocat, una capitalis noxa dissipat, nec unq̄ feret is qui fecit ob hæc pręmium aut meritum habebit, donec per pœnitentiam renouatus extiterit et innocentiam sibi recuperauerit. Si mihi non credas Ezechielem audi dicentem, Si auerterit se iustus a sua iustitia et fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius quas fecerat non recordabuntur, et in peccatis suis morietur.

In ossib⁹ firmitas interior.

Grego.

vnū peccatū aliud generat.

Ezech. 18.

Hoc immane mortalis peccati periculum propheta perpendens hesitare cogitur, cõmouetur, et ex intimis uisceribus perturbatur. Hoc solum remedium inuenit, ut se fateatur infirmum peccatorem, peccatum accuset ut aduersus illud querelas inferat et exaggeret, immo tragediam quandam excitet, ut non sibi uel suis uiribus, sed soli deo confidat: ut eius magnificentiam inuocet et misericordiam imploret, ut orationibus ad opem sui prouocet. Vt autem illum ad hoc facilius inducat, adiungit.

Vers.3. V. ET ANIMA MEA TVRBATA EST VALde: et tu domine usquequo? Hic propheta postq̃ enucliarat et detexerat grauamina, dolores et infirmitates animæ, postq̃ ostenderat quantum et q̃ uarijs modis infirmabatur anima: quantis mœroribus afficiebatur, quomodo uulnerabatur, quẽadmodum omnia ossa animæ fracta, quomodo labefactata, quomodo contusa fuerant (quando ossa dico, uirtutes intelligo) et considerans sese merita uirtutibus et benefactis suis debita perdidisse, querelam ingeminat, tragediam illam dolorum augmentat, in incepta supplicatione pergit et insistit, insistitit inuocationi misericordiæ diuinæ, Nec primo tamen instantiæ die exauditur, non expeditur secundo: bene secum agi uisum est si tertio die, si quocunq; die potiretur desyderio. Vnde prorogat supplicationem et instantiam suam, prorogat quærimoniam inquiens Et anima mea turbata est ualde. Anima mea, superior inq̃ portio rationis, interior homo turbatur, agitatur uehementer ob peccata quæ cõmissa sunt, adeo ut nec Martha circa boni operis ministeriũ operetur, nec in dei cœlestiumq; rerum contemplatione Maria sedeat ac conquiescat. Turbata est anima mea ualde. Valde turbatur anima quæ mirum in modum, grauiter, et cõtinuo diuexatur: quam impulsu maximo, tentationeq; continua mundus oppugnat, cui rebellat caro, nec cessat spiritus malignus illam inuadere. Turbata est anima mihi murmure continuo, continua uexatione, cogitationis internæ pœna, afflictioneq; continua. Sic uexata, sic cõmota, sic angoribus, sic pœnis affecta, in tot agitata distractaq; molestias, adeo quassata quidem et expugnata doloribus, ut nec laborare, nec operari, nec

Grauis animæ perturbatio.

rari, nec quietem sumere ualeam: orare nequeam, aut orando deũ placare, contemplari diuinaq; studiosæ speculari non possim, tanta me rabies ac furor internus incessit, ut nihil interioris solacij sẽtire queam, sed nec tranquillam aut quietam habere conscientiam, immo merore murmureq; repletã. Non est non est (ut iam plus satis intelligo) pœna super pœnam morsus conscientiæ. O conscientia quare sic me territas? cur sic insectaris? quid ita cõmoues? quid crucias? quid me torques? Sic intra me furis et in tot diuersas partes animum mihi distrahis: ut quid dicere, quid agere debeam, ignorem. Timeo mihi, timeo uitæ peracte, factis et operibus timeo. Quando mihi uenit in mentem illius diei quo sistar apud seuerum et terribile dei iudicium, timens perhorresco, qui q́d respondeam haud inuenio. O conscientiam ream et maculatam, conscientiam omni tumultu, omni dolore refertissimam. Rea nãq; conscientia semper timida. De cuiusmodi conscientia turbulenta, timida, semper ambigua, semper anxia: satis ample protuli superiore dominica, qualiter expauescat ad tonitrui sonitum, ad quemuis fragorem, ad folij crepitũ, ad cuiuslibet rei quantumuis leiuculę cõmotionem. Turbata est igitur anima mea mirabiliter (inquit propheta) ꝑpter multitudinem peccatorum, propter magnitudinem et grauitatem commissorum. Turbatur timore sanæ uehemẽti, timore iudicij seuerissimi, timore gehennalis pœnæ, quam cõmeruit. Ab ista uero peccati captiuitate, ab hoc timore, ab isto conscientię contaminatæ morbo, ab hac interiori pœna, nemo liberare potest nisi tu deus, qui sanas omnem languorem. Sana igitur me domine quoniam couturbata sunt omnia ossa mea, et anima mea turbata est ualde. Sana precor animam inquietam, medere conscientiæ cui periculum desperationis impendet, cor mœstum adiuua, tristitiæ mentis opitulare, spiritum contritum et contribulatum alleua, tu (quod solus potes) remitte peccata, relaxa facinora, tu fer opem misero. Heheu quid ita facere moraris? quid differs auxiliũ istud? Turbatur anima mea ualde, et tu domine usquequo? Tu qui solus auxiliari qui solus consolari potes, cur taces? cur dexterã illam pien

Ambros.

Ambros.

tissimam retrahis? usquequo tacebis? usquequo domine retrahes? Nos egemus adminiculo, tu qui solus prestare potes usquequo nō præstabis? usquequo tardabis? quoadusq; sanitatem quam inquirimus non concedes? q̃ diu differes auxilium istud tuum et peccatis ueniam non præstabis? Hei mihi q; tempus miserendi differas. At præbe solamen, infunde gratiam, confer misericordiam, signa fauoris tui manifesta, significa num uel condonaris, uel condonaturus sis mihi. Nisi talia misericordiæ signa præbueris: occidi, perij. Et tu domine usquequo? usquequo moraris ad misericordiam inclinari? Ecce, ecce, mora me cruciat. Ecce, expectanti uelocitas mora est: amanti nihil satis festinatur. Nam spes quæ differtur affligit animum. Sed misericors sæpe dominus petitionem peccatoris ideo differt, ut pietas petentis augeatur et desyderium, ut gratius sit donum et acceptius in quo difficultas antecessit, ut melius sapiant quæ pluris emuntur: ut diligentius custodiatur quod tardius est obtētum et cūctātius illatum, ut morbi grauitas per dilationem melius inspiciatur, et cor pœnitentis a prauis delectationibus purius expurgetur, ut feruentius petat. Vbi sex notantur propter quæ sæpe differtur petentis atq; rogantis intentio. Incrementum uoti desyderijq; postulantis. Nam desyderia dilatione crescunt Gregorius ait. Vt qui sitit, feruentius quod differtur appetit, et quod importunæ denegatur ardentissime cupit. Deinde fit ut quod condonatur fiat acceptius. Nempe (Seneca cōsultore) Quod gratum uis haberi, raro effice. Tertio fit ut præstantia doni memoriæ recipientis firmius insideat. Siquidem (Augustino teste) Facilitas ueniæ incentiuum parit delinquendi. Quarto ut intimius adametur. Quoniam (quod plerunq; fieri cernimus) homines quod magno constat charissimum habent, et tutissime semper asseruant. Quinto ut attendatur pondereturq; peccati grauitas. Quandoquidem quum se expedire nititur, tunc ueraciter conspicit q̃ duris nexibus retinetur. Postremo fit ista dilatio quo mens delinquentis plenius emaculetur. Quippe qui non statim exauditus patienter usq; tolerat, mœretur amplius: et (affirmante Gregorio) differens

Marginalia: Hugo. — Prouer. 13. — Sex considerāda cur de⁹ petitionē pe nitētis differat. — X. — Grego. — Seneca. — August.

rio) differens cruciat, cruciando purgat: (Auguſtino uero moni= tore) Quod facile ſanatur non multum cauetur: et ex difficultate ſa= nationis, diligentior erit cuſtodia recepte ſanitatis. Veritus itaq; propheta deſyderium ſuum non exauditū iri quod tantiſper differ= tur, clamat Et tu domine uſquequo? Adiuues animam oro meam adeo perturbatam, adiuues mentem deſperationi proximam, me= dearis oppreſſo cordi, iuues lamētabilem et afflictum ſpiritum, cō= dones in totum, uel ex parte pœnam mitiges. Ego iam iam ſanari cupio, tu differs in longum: ego ad medicinam propero, tu tardas mederi: curari deſydero, teq; curaturum eſſe ſpero: Sed tu domi= ne uſquequo? Verum quid dicemus? An ob id deum putabimus immiſericordem? Non ob hoc plane deus immitis aut crudelis eſt exiſtimandus ꝙ prophetam curis et anxietatibus onerari permit= tat ad tempus, nec clamantem exaudiat: quum in noſtrum id fiat documētum, ut nos quum luculentius apparuerit in quanta ſe ma= la per peccata præcipitauerat, et tamen pœnitendo rediiſſe in gra= tiam: ſimilem pœnitendi uiam ſimiles peccatores ingrediamur. Sed perpende quomodo ſub hac ſpecie crudelitatis, ſummam deus miſericordiam oſtendat. Opem et iuuamen propheta languens implorat, tacet miſericors deus. Clamat egrotus ſub manu medi= ci, læſus ſub manu chyrurgi: ſed ipſe q̄uis eandem maxime ſanita= tem intendat, non ſanat, non exaudit tamen illico, Clamat illæ, ſcindit iſte. Ille gemit, hic fricat, palpat, contrectat, urget, præmit, ſaniem expūgit, tabem adurit, uiuum mordaxq; medicamen infun= dit, applicat aſperū malagma, perq̄ acerbe lauat, et arcte circūligat: nec interim ſub manu ſua clamitantem auſcultat, non gladiolū aut cauterium retrahit, non acerbitatem medicinæ minuit. Sed cuius rei gratia præcor hæc omnia facit? Certe ut læſum ſanet, ut egrotū incolumitati priſtinæ reſtituat, ut integrum ex debili fractoq; di= mittat. Sic clamat infans in maternis manibus, quem illa ſingu= lari zelo proſequitur, nec tamen ipſa mouetur illo fletu, non ceſſat ab inſtituto opere, nunq̄ ceſſat a curando perluendo ue puello: ſed lauat, ſed fricat, ſed ungit, ut eum mundum et ſanum habeat.

Nunquid

Grego.
Augu.
Verus pœni= tens ſemper in timore.
Pietas dei erga pœnitē tes, qualis eē ſolet matris in filios.

Nunquid ob id deseritur uel a medico uel a matre digna cōpassio?
Minime. Itaq; pœnitens peccator dei misericordiam inuocat, uociferat Miserere mei, Infirmor, turbata sunt ossa mea, deperditæ sunt uirtutes meę, quassata est anima, uexata est conscientia. Ideo sana me, Sana me domine quoniam conturbata sunt oīa ossa mea. Audit deus inclamātem, sed celat: audit supplicantem, sed ueniam producit in aliud tempus: audit culpa pœnaq; degrauatum, sed interea punit: audit molliora cupientem, sed fricat, scindit, mordacioraq; nihilominus administrat emplastra. Vult enim deus ut peccatrix aīa turbetur, ut conscientia mala uexetur, ut conscientia tua sic se diiudicet, sic peccatum agnoscat, quatenus exemplo prophetę (si se prodat et cōdemnet) cum propheta sanetur. Propheta uero turbatam cōfitetur animam et clamat et tu domine usquequo? usquequo animam turbari permittes? usquequo faciem tuam auertes a
Psal. 89. me? Conuertere domine usquequo et deprecabilis esto. Conuertere aliquantulum ad me ut animam nisi aliquantulum turbari sinas. Conuertere per ipsam tuam gratiam, per misericordiam et be-
Vers. 4. Y. nignitatem tuam. CONVERTERE domine et eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam. Res notatu dignissima. Propheta ad deum conuersus, rursum orat ut ad se deus ipsæ conuertatur, non ignorans id quod in psalmo legitur

Cōuertit se deus ad conuertētem se peccatorem.

Psal. 103. Auertente te faciem tuam, turbabuntur. Deo siquidem faciem auertente seu gratiam a se retrahente, quis non perturbatur? Discis ex euangelio quid in nauicula discipulis euenerit, quādo CHRISTVS in puppi dormiebat, quomodo flante uento ualido agi-
Math. 8. tataq; nauicula, clamabant Domine salua nos, perimus. Tum
Expo. CHRISTVS tibi dormit, quando gratiam suam a te subtrahit, Qua subtracta, non potes non turbari: turbantur omnes. At idem CHRISTVS ex alio propheta suo, e Zacharia pro-
Zacha. 1. mittit, Conuertimini ad me et ego conuertar ad uos. Quocirca, noster hic propheta supplicat Conuertere domine. Tu me domine adiuues, tu manum apponas ut conuertar. Cupio conuerti, cupio probrum et ignominiam ueteris uitæ abolere, cupio miserū

uiuendi morem abijcere, peccata consueta diluere, cõmissa deflere,
ueterem hominem deponere, nouum induere, cupio tuus esse, inter
tuos numerari. Sed tantum est inibi discrimen, tot sunt obices, tan-
ta difficultas, ut absq; tuo nimirũ opitulamine non ualeam operari,
progredi non possim. Ideo conuertere domine. Conuertere ad me,
fac me ad te integre conuerti: quoniam in ipsa conuersione, relucta-
men et laborem sentio maximum. In ipsa ueteris uitæ transforma-
tione, carnem patior uiolenter obluctantem spiritui, imbecillem ha-
beo sensuum pronitatem, et appetitum ferocierem non queo subige-
re. Vnde difficillimum reipsa experior esse, a cupiditate desyderioq;
diuitiarum ad liberalitatem animum transferre, a delicijs ac uolup-
tatibus, a delectationibus et libertatibus ad uitam duriorem me re-
cipere: ad abstinentiam, ad temperantiam, a carne ad spiritum, ab
hoste ad CHRISTVM pergere. Scio, scio neminem conuerti
posse, neminem posse pœnitere aut conteri, nisi ex gratia tua domi-
ne, nisi ex illo dono gratuito, nisi ex mera et singulari misericordia
tua: sine qua nec operari, nec loqui, nec uelle, nec bonum cogitare
quis q̃ poterit: sed, sed neq; malum uitare aut peccato resistere. Ac si
quis dicat, Tam cupio galerum in hunc lunæ globum proijcere, q̃ ci-
tra tuam gratiã aliquid facere conari. Quod non potes ignorare, si
legas apostolum dicentem Non sumus sufficiẽtes aliquid cogitare , 2. Cor. 3.
a nobis quasi ex nobis sit: sed ois sufficientia nostra ex deo est. Sed , Phil. 2.
deus in nobis operatur et uelle et perficere pro bona uoluntate sua.
Id quod ibi quoq; denotat, Nemo potest dicere dominus IESVS , 1. Cor. 12. Expo.
nisi in spiritu sancto. Quid enim aliud hic dicitur q̃ q; nemo bene
uel dicere, uel tacere possit, nisi ex spiritu sancto? Hoc cõsiderans no-
ster propheta, profitetur in alio psalmo Misericordia eius preueniet , Psal. 58. Expo.
me. Quare de teipso O homo nihil est quod præsumas. Quid bo-
ni fecisti quo misereatur tui deus? quo peccata tibi remittat? ut iusti-
ficet te? Quis huiuscemodi cogitationem aut uoluntatem addidit?
Quis pœnitẽdi desyderiũ impressit? Tu tibi? Egomet mihi? Non,
non: sed misericordia eius præuenit me. Ipse, ipse est qui dat tibi bo-
num et cogitare, et bene uelle, et bene bonũ illud adimplere. Ipse sua
gratia,

gratia, sua bonitate, sed et mira uirtute, hæc omnia fortiter et suauiter q̃q̃ latenter operatur. Enimuero (quod philosophus ait) Natura occulte operatur. Occultum opus eius in generatione rerum ac corruptione, Tã in superioribus q̃ in inferioribus corporibus occultũ est, sed occultius gratia operatur. Quis enim suopte ingenio naturali ue ratione comprehendere possit, qualiter ex grano iamdudum mortuo radix oriatur, qualiter herba surgat e radice, culmus ex herba, e culmo spica, et ex spica aristæ, unde multiplicatũ granũ redeat? Quis aranij telam, apis operosam fabricam, formicæ sedulitatem? quis huiusmodi cõtemptibilium animalculorũ naturam (ut maiora præteream) apte describere uel internoscere queat? Certe uides hinc occulte naturam operari: sed longe longe secretius operatur gratia in peccatorum conuersione. Q̃ mira, q̃ archana, q̃ cunctis imperspecta fuit apostolorum uocatio? q̃ mirabiliter in ipsis operabatur gratia? Dixit eis CHRISTVS, Venite post me, et ecce relictis illico parentibus, filijs, uxoribus, nauibus, rhetibus, fiscellis, cordulis, hamis, machinis omnifarijs, cæterisq; quæ habebant omnibus, secuti sunt eum quem antea nunq̃ uiderant: non uiderant miracula facientem, non aliquid diuinitus operantem, dicentes Ecce nos relinquimus omnia et sequuti sumus te, ueterem omnino uitam habentes pro contempta. Q̃ secreta fuit operatio huius gratiæ in Mariæ Magdalene cõuersione? in Petri reuocatione? in latronis acceptatione? An non supra cuiusq; intellectum est causa, quæ tam alienos a iustitia tam subito conuertit? quę tam subito remotos ab illecebris in pœnitentiam adduxit? quæ sic exinsperato de peccatoribus pœnitentes effecit tanq̃ duros silices in mollem aquam subito resoluens? resoluens pœnitẽtes in lachrymas? in singultus? in millies mille dolores? O gratiam satis admirabilem, et operatricem occultam, Flabit spiritus eius, et fluent aquæ. Sine hac gratia nullus firmiter operatur, aut facit quod cedat in meritum, ipso CHRISTO testante Sine me nihil potestis facere. Hoc perpendens propheta dicere pergit Conuertere domine et eripe animam meam. Necesse est ut deus illuminet peccatores, qui peccatum suum intelligentes in tenebris am=

Philoso.

Occulte operatur natura, occultius gratia.

Math. 16.

Z.

Psal. 147.

Ioan. 15.

nebris ambulare desinant: ut intelligẽtes quo uadant, in peccatis non permaneant, ut pœnitentia ducti, ut petituri ueniam ad deum cõuertantur. Necesse est necesse ut deus qui fuerat auersus a nobis per peccatum, ad nos per gratiam cõuertatur antea q̃ ad ipsum cõuerti possumus per pœnitentiam. Idcirco Ieremias ait Conuerte nos domine ad te et conuertemur. Conuertere ab ira ad clementiam, conuertere ab indignatione ad mansuetudinem, conuerte manum tuam a uindicta ad misericordiam, et nos quoq; conuertemur. Conuertemur ad te, conuertemur a uitio ad uirtutem, conuertemur a peccato ad gratiam, a lege peccati ad legem mentis, a morte ad uitam. Sed nisi deus fuerit conuersus ad nos, nequaq̃ conuertemur ad eum. Discipienda est hæc forma conuersionis in Petro. Legimus in Euangelio Petrum ter CHRISTVM negasse in prętorio muliercułę dicenti Et tu cum IESV eras, Respondebat, immo cum detestatione deierabat Non noui hominem. Ecce CHRISTVM negat Petrus, homo deum, discipulus magistrum, seruus dominũ: at non id in agro, non in monte, non in templo, non in uico, non domi suę, non in compitis aut platea fecit: sed in atrio, sed in prętorio, sed in aula, sed in domo seu palatio principis. In aula blasphematur CHRISTVS, in aula capitur, in aula ligatur, in aula flagellatur: hic in aula conspuitur, hic deridetur, hic negatur, a suis hic deseritur et cruci condemnatur. O uos aulici, uos Christiani (sic enim uultis appellari) uos fideles (tales autem esse debetis) cauete uobis, cauete, uidete ne CHRISTVM cum Petro denegetis. Nolite putare tãtum id esse CHRISTVM negare, palam cõfessionem nominis eius abijcere. Nam et ille qui non dicit nec sequitur ueritatem, qui ueritatem obfuscat, CHRISTVM abnegat: quoniam affirmat ipsæ Ego sum ueritas. Et Ioannes ait Deus uerax est. Ergo si uos in nepharijs hijsce ludis uestris, si in turpibus lucris aut alioqui peieretis, deum seruatorem abnegatis: si multum temere iuretis, blasphemia CHRISTVM afficitis. Et quid de hijs dicendum qui quicquid est sacri, iurando contaminant? quicquid boni ac æqui peierando prophanant? Horum unusquisq; profecto dicit cum Petro in Christum

Treñ. 5.
Expo.
Luce. 22.
Expo.
Christus ĩ aula negatur & blasphemat.
Ioan. 14.
Ibidem.

in CHRISTVM Non noui hominem. Nescit profecto Christum qui non perpendit et considerat seuerissimum eius iudicium, quando in forma hominis apparebit per ignem iudicaturus orbem. O Christiane, o Christiane, si nunc animo tuo reputares huius iudicij futuri seueritatem, q̄ exacte, q̄ stricte, q̄q; seuere delicta hominum ibi CHRISTVS examinabit nemini parsurus, pre timore non tibi constares, ingemeres, et suspirās diceres aput te Anima mea turbata est ualde. Nec immerito. Sæpius enim falso iurasti, sæpius uenerandum et sacratissimū corpus IESV probris ac blasphemijs adfecisti, sæpius diuos, sæpius res alias iuramentis fœdasti, sæpius teipsum peruersis operibus infamasti: in te spurcus, blasphemus in deum extitisti, factis negasti quem uerbis et ore confessus es.

Ad titū.1. Vnus es eorum de quibus apostolus ait Confitentur se nosse deum uerbis, factis autem negant, quum sint abhominati et incredibiles et ad omne opus bonum reprobi. Es ex illis qui fatentur in mutuis colloquijs se deum nosse, se deum diligere, dei præcepta uelle obseruare, se christianos ueros esse: sed falso dicunt, imerito christiani nomen usutpant, quia factis deum negant, moribus dispares sunt, pulchre promittunt, belle loquuntur, et operibus contrarium comprobant. Vita linguæ non consonat, dyaboli filios opera demonstrant, et tamen a CHRISTO se christianos appellari uolunt. Christiani sumus inquiunt, christiani, CHRISTVS nos eripuit e faucibus inimici, CHRISTVS nos elegit, CHRISTVS nos sibi coaptauit, præcium pro nobis immensum impendit, ad salutem nostram satis ipsæ contulit, sufficit quod pro nobis ipsæ fecit. Siccine sentitis? sic ne dicitis? q sola christianitas, solum hoc nomen uos saluabit? Fallimini. Multo aliter res habet. Nonne Iudei CHRISTO tale quid obijciebant? nunquid opera eorum repro

Joan. 8. banti dixerunt Semen Abrahæ sumus? Nos sumus filij Abrahæ?

Expo. Abrahæ uero factę sunt repromissiones et semini eius? Quasi stemmate genereq; suo gloriantes hoc dicebant, putantes q claritudo na-

Qui sunt Abrahæ filij? talium apud deum acceptaretur, q in trutina dei nobilitas ignobilitati, magnates plebi præponderarent. Verum nobili sanguine procreati si

creati si degenerent a moribus maiorum, uituperantur ac paruisiũt deo pariter et hominibus. Contra, pauperes et obscuris parentibus orti, si spectata tamen eruditione, si honestarum rerum usu, si comitate, liberalitate, affabilitate, prudentia, temperantia, castitate, reliquisq; uirtutibus et moribus præclaris præditi fuerint: a deo probãtur, et inter homines ad summos ac amplissimos honores euehũtur Vt pote quibus et fauet deus, et hoĩes ubiq; gratulant̃. Conuertas oculos (oro) tuos ad pręcessores tuos Nõne parẽtes maioresq; tui tali uirtute moribusq; pręclaris ad magnos magistratus, ad maxima ĩperia conscẽderũt? nunquid in illis impletum est quod phũs inquit Honor est pręmiũ uirtutis? nunq̃d ob uirtutẽ boni, sancti, xp̃ianiq; fuerũt? Imiteris, imiteris ergo mores ac uirtutes illoꝝ et tu, conare ad uirtutem et inuenies pręmiũ uirtutis. Sed manifestabũt te tua opera non uerba magnifica, declarãt hominem facta non uerba, facta non uerba hominem adornãt. Vnde CHRISTVS sic gloriantibus iudeis respondit Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Operibus et imitatione uos Abrahæ filios ostendite, quod dicitis ipsum hoc facto probate. Esto centies Abrahæ filij, millies filij dei uocitemur: si generi nostro uita non respõdeat nihil efficitur, nihilo sumus acceptiores aut illustriores apud deum. Id ex responso quod iudeis redditur intelligite Vos (inquit) ex patre dyabolo estis. Causã subdit Opera eius facere uultis. Quid ergo conducet eum uocari christianum qui tanq̃ Ethnicus impiam uitam agit? quid angelum appellari, si dyabolicam uitam duxerit? quis est qui uere nomen habet, quin habere debeat proprietatem nominis? Quamobrem nolite dicere intra uosmetipsos, patrem habemus Abraham, nolite de genere gloriari, nolite titulis et imaginibus extolli. Dico enim uobis q; potens est deus de lapidibus hijs filios Abrahæ suscitare, Potens est e saxeis mollia carneaq; corda, potens est e gẽtilibus christianos, potens est etiam ex insensibilibus hijs petris rationales homines efficere. Nec erit Abraham sine liberis, non carebit hæredibus si deus uos omnes stirpitus euulserit et eradicarit: si regione penitus excisa nomen uestrum extinxerit, alios suscitabit sibi filios. Ele-

Philoso.

Ioan. 8.

Virtus et imitacio xp̃i facit christianũ, non nomen.

Ibidem.

Math. 3.

Expo.

ctos sicut adamas ad se ferrum attrahet. Vt magnes calibis ac ferri duram naturam exuperat: sic diuina gratia corda peccatorum emollit. Nec est deus personarum acceptor sed operum. Non sanguinem, non generis excellentiam, non facundiam, non potentiam, non scientiam, non diuitias, non honores et imperia deus adeo ponderat atque probat: sed opera bonorum ac uitam recte degentium. Hac tempestate tamen (proh nefas) ob id unum gloriamur, quod christiani uocitemur. Nomen hoc celebre nobis serio uindicantes, et fucatam omnino famam asciscentes, nihil ultra curamus ut opus hominum expectationi respondeat, diuinæ ue uoluntati conueniat. Sed quid insanire uolumus, quid ineptissime contendimus, ut solum nomen ei coniungat a quo nos opus nostrum alienat? Arbitramur nomen adiuturum ubi uita discordat? Cōmemorat sacra certe pagina futuros quosdam gloriosos in illo die, in die iudicij: et dicturos Domine domine nonne in nomine tuo prophetauimus? nonne dæmonia eiecimus? et in nomine tuo multas uirtutes fecimus? Et tunc (CHRISTVS inquit) confitebor illis, nunquam noui uos Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem, Quia non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum cœlorum, sed qui fecerit uolūtatem patris mei ipse intrabit. Cōmemorat alibi sponsum quum sit ingressus ad nuptias: ianua clausa clamātibus Domine aperi nobis, dicturum nescio uos. Vigilate, uigilate paratum semper oleum habentes in uasis, bene semper operantes ad omnes. Si semel atque iterum, si centies christianitatem nostram ostentemus, si nos millies hoc nomine uenditemus, quid proderit? Quid faciet in rem nostram tanti nominis arrogantia, quum christianę uitæ simus exortes, quum nihil minus quam christiane uiuamus? O christiane, ne dicam O iactator gloriosule, quid torpes? quid delicijs affluis? quid diuitijs abūdas? quid porcorum more tuis seruis affectibus? quid uoluptatibus indulges, et interim nomen christiani prętendis? Vita tua uita tua plena uitiorum est, malitiosa, noxia, callida, intemperans, iniusta, christianoque uel inprimis indecora: nec sub CHRISTO tamen duce censere te militem erubescis. Licet nemo sit mortalium qui te

Actu. 10.

Christus nō accipit personam.

Math. 7.

Math. 25.

notet, qui

notet, qui te accuſet, te iudicet: profecto profecto miſerimus es ſolo deo iudice, uno CHRISTO teſte. Nec inter homines tamen impunis euadis, quibus omnibus es deſpectus et odioſus. Propriũ enim eſt peccatis authorem ſuum traducere, et palam omnibus deturpare. Ediuerſo, uirtus hominem exornat et condecorat: uirtus exhilarat, uirtus aduerſum inimicos clipeus eſt impenetrabilis, et munimentum inexpugnabile, uirtus omnia bona habet, fœlix eſt penes quem eſt uirtus. Nec ſi maledicat totus orbis, ſi uirtus adſit offendit. Recta nanqꝫ cõſciẽtia quam uirtus cõmunit, plus poteſt omni maledicentia, At habet etiam uirtus ut peccatores et uitioſos in ſui laudem impellat. Virtutem mali laudibus proſequuntur ac ſæpe plauſibus extollunt. Redige nunc in memoriam quomodo Nabuchodonoſot blaſphemus, pueros in fornace laudauerit. Licet, licet inimicus ac hoſtis capitalis eorum eſſet, fortitudinem tamen probauit, magnanimitatem laudibus extulit, fidem quam profitebantur et fortiſſime tuebantur, ſumma cum demiratione eſt amplexus: ꝙ in eis tantam fidutiam, tantum diuinę legis amorem aſpexit: ut multis illecti blandicijs, plurimiſqꝫ laceſſiti territamentis, non poſſent a dẽi præceptis auerti. Itaqꝫ ſi nos conſimili modo uiderint homines caducam hanc gloriam, huius uitæ uoluptatem, pœnamqꝫ temporariam contemnere et pro nihilo ducere: ad altiora contendentes, ad futura properãtes, non dubium quin magis operibus noſtris q̃ omnibus rethorum argumentis, q̃ prologis et orationibus perſuadebũtur. Quis eſt qui uirum paulo ante delicijs affluentem, mollem, infrenem, et diuitijs elatũ, iam cernens integre cõmutatum, cernens hæc omnia propter unicam uirtutem abijcientem uiliaqꝫ reputãtem: cernens ex mammona iniquitatis ſibi preparantem amicos in cœlis et rebus eius in uſus pauperum ardẽtiſſime diſtributis ipſummet famis et inopiæ patiẽtem, paratum ad omne periculum, ad omnem aſperitatem, ad iugulum, ad ſanguinem, ad omne genus mortis pro CHRISTI nomine ſuſtinendum: non protinus intelligat perfectum hunc eſſe uirtutis fructum, et manifeſtam uitæ laudatiſſime probationem haberi? Quis non hunc charum atqꝫ uenerabilem om

Excellentia uirtutis.

Dani.3.

nibus esse debere sentiat, et quoad possit imitari cupiat? Quid est igitur tam durum, quid tam asperum, quod nos ab hac uirtute, a uirtutis amore, ab officio, uel actione studiosa retrahat, quando per opera bona cētuplum hic fructū accipiemus, et uitam æternam possidebimus? Quapropter Abijciamus opera tenebrarum et induamur arma lucis, Quoniam omnis qui male agit odit lucem, et non uenit in lucem ut non arguantur eius opera. Qui uero facit ueritatē, uenit in lucem ut uideantur eius opera, quoniam in deo facta sunt, et laudantur ab hominibus. Nec tam ethnicus q̄ christianus inique faciens, populo christiano nocet. Nam uita christianorum arctioribus, sed et melioribus uinculis est astricta: ethnicorū autem ut est perdita, sic est etiam licētiosa maxime. Nostra, hoc est christiana uita (modo decenter et digne peragatur) apud hostes ipsius fidei testimonium inuenit, et proba claraq; pre cæteris estimatur. Ethnicis eo tantum sua uita placet q; christianam oderint: cui quum nihil indignum obijcere uel exprobrare queant solum nomen inuidiose persequuntur, ut qui rem tam bonam, tam puram, tam solidam: qui sectam tam sanctam non possunt: saltem nomen impugnent. Christianus est (inquiūt) christianus: et quem re rationeq; uincere non possunt, eius fame detrahūt. Quod nec tam sedulo facesserent, nisi dogmatis ipsius insignem opinionem conciperent. O q̄ conari debet unusquisq; christianus ut operibus, fidei sue sinceritatem aut conseruet aut augeat. Bonum opus etiam Ethnicorum opinionem ad se trahit: inter quos malignum opus fidem infamat. Vnde si male uiuendo CHRISTVM offenderis, uitam illam immutando recōcilia, clamans cum propheta Conuertere domine. Clames ut ab improba uita te conuerti faciat ad bonam atq; sanctam, implores ut a tramite deuio te flectat ad rectam semitam, ut ab iniqua uia te ducat ad piam et salutarem. Sancti spiritus gratiam inuoces ut integrius resipiscere possis, roges ut ad te misericorditer deus ipse cōuertatur, sicut conuersus est ad Petrum ter se negantem. Nam quum conuersus dominus Petrum in atrio respexisset, quum misericorditer esset eum intuitus: illo nimirum intuitu traxit ipsum ad pœnitentiam, traxit ad com-

Margin notes: Rom. 19. — Ioan. 3. — BB. — Christianis inuident ethnici. — Desyderium sancte cōuersionis.

xit ad compunctionem, traxit ad lachrymas. Nam ut recenset e=
uangelista Egressus Petrus foras, fleuit amare. Quid est egressū Luce. 22.
(oro) fleuisse, nisi pristina uiuendi consuetudine relicta et malorum Expo.
familiaritate reiecta, pœnituisse? Tu quoq; quisquis es peccator Periculū male societatis
egredere de consilio peccatorum, egredere de familia malorum, de
societate male uiuentium: cū quibus q̄diu fueris, haud dubiæ cor=
rumperis. Cum peruersis peruerteris, et cum iniquis iniquus eris.
Talis quisq; putatur quales associat Nemo tanget picem qui non Eccle. 13.
coinquinetur ab ea. Consulas idcirco saluti tuæ, deuites improbo Expo.
rum sodalitia uelut syrtes, scyllas, aut syrenum cantilenas. Nam si
uerseris inter impios: tot erunt impedimenta, tot retinacula bono=
rum, tot occasiones, tot irritamenta malorum: ut nunq̄ aut diffi=
culter certe discrimen effugias. Quis digitū in ignem immittat ut
non uratur, uel in aquam ut non humectetur? Consultum est ex=
cludas a te uel te seiungas ab illis, inter quos periculose conuersa=
ris. Egressus itaq; Petrus fleuit amare. Egredere similiter et tu,
Egredere de terra tua, de cognatione tua, et de domo patris tui Gene. 12.
Egredere de cunctis terrenis affectibus, Audi quid dominus dicat
egresso Dabo tibi terram fluentem lac et mel, dabo terram uiuen= Exodi. 3.
tium, dabo tibi regnum cœlorum. Sed exteriorem hominem an=
tea depones, ueterem exues, et per pœnitentiam cum Petro flebis
amare, per conuersationem ingemisces et uere lugebis. Clamat e=
nim ad te dominus, clamat ad animam peccatis infectam Reuer= Cant. 6.
tere reuertere sunamitis, reuertere ut intueamur te. Ac si diceret nō
intuebor te nisi regressus fueris a mala tua uita, a mala societate, et
malis operibus tuis. Sic autem reuersus, sic egressus cum Petro
etiam clama cum propheta Conuertere domine, et cōuertetur qui
dicit Conuertimini ad me, et ego conuertar ad uos. Conuertere Zach. 1.
domine et eripe animam meam. Eripe animam meam ab interiori Psal. 6.
ista perturbatione et uerme morsuq; cōscientiæ, eripe animam me= Expo.
am a deliberatione peccandi, a carnis illecebris et peccatorum ille=
ctamentis, ab omnibus uitiorū inquinamentis, eripe animam me=
am a delectatione consensuq; peccati, eripe animam meam ab om=

ni actu peccati, eripe a consuetudine et captiuitate peccati, eripias a miseria a perplexitate peccati: fac ne deueniam in profundum malorum, in contemptum, in desperationem. Eripe animam a pœna quam cōmerui, a pœna æterna. Quia nisi tua iam ineffabilis bonitas animam meam ab hac pœna liberet, non uideo quid in tanta malorum turba mihi sperandum sit. Igitur eripe animam meam per pœnitudinem, per synceram uitæ meæ correctionem et resipiscentiam. Quoniam nisi tu iuueris, nisi tu perfeceris, tot erunt impedimento mihi quominus recte conuertar. Quare tu domine cōuertere et eripe animam meam. Et saluum me fac propter misericordiam tuam. Saluum me fac, quoniam tu es saluator, saluator mundi, tu qui uerbo sanas uniuersa, qui liberas omnes a peccatis, hoc ipsum attestante angelo Ipsæ enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Saluum ergo me fac tu saluator. Salutem non meis meritis uindico, non ex iustitia mea quæ nulla est munus istud exposco: sed, sed confidens inuincibili tuæ clementię, confidens immensæ misericordiæ auxilium imploro. O suauem, o securam orationem, orationem ipsos cœlos pœnetrantem, et in aures usq; domini Sabaoth ascendentem: quā misericordiam dei propheta memorat, non iustitiam propriam allegat. Quoniam Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos; sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Ipsæ solus innocens, solus sine macula, solus qui peccatū non fecit nec inuentus est dolus in ore eius, qui et misericors dominus solus aliorum peccata remittit, solus sanare potens et mederi uolens. Ideo propheta succlamat, et unusquisq; nostrum cum illo clamitet Saluum me fac propter misericordiam tuam. Animaduerte q̄ instāter et assidue propheta deprecetur ut dū uiuat sanitati restituatur, ut dum fuerit in hoc fragili corpore liber a peccato iustificetur: præsciens et probe cōsiderans, post mortem non fore pœnitendi locum. QVONIAM NON EST in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis cōfitebitur tibi? Postq̄ ut misericordiam impetret longam petitionem et supplicem instantiam coram deo proposuerat, postq̄ uarios animæ dolores et

Luce.1.

Ad titū.3.

Ver.5.CC.

uulnera tanq̄ in libello petitorio humiliter ac suppliciter obtulerat, grauiter et enixe conquerens sua se merita per uitam iniustam atq; sceleratam pessundedisse, conquerens q̄ internis adeo conscientiæ stimulis agitaretur, neq; sciret aliud haberi posse remedium nisi p̄ pœnitētiam, per quam reuersus ad deum antiqua scelera prorsum abijceret, sed nec reuerti posset nisi per peculiare dei subsidiū. Ideo præcatus est deum ut ad eum ipsæ se conuerteret per gratiam. Sic enim et ille redire posset per pœnitentiam. Non nesciens tamen hanc pœnitentiam, haud acceptum iri si non perficeretur in hac uita præsenti, temporeq; suæ sanitatis, ut et Augustinus ibi docet.
„ Pœnitentia in sano sana est, in infirmo infirma, in mortuo mortua: propterea succlamasse scitur Fac agam hic domine pœnitentiam dum uiuo, dum uiuo atq; ualeo, dum corpus suum officiū facit, dum corporis regimen in manu mea est, dum corde sano aioq; forti sum, dum mentis et memoriæ compos existo. Quoniam non est in morte qui memor sit tui. Tempore mortis difficillima est cōuersio, difficile pœnitere quando tot hominem mala circūdant, tot pericula circumuallant, ut nihil minus q̄ animæ salutem inspiciat. Morbus incrudescens animum abripit et memoriam absorbet. Mortis agonia uires animi suspendit, et corpus obstupefacit. Q̄ acerbum enim erit e mundo demigrare, saltem tibi qui cura tumultuq; mundano fere uitam inuoluisti? Q̄ difficilis hora pœnitētiæ tibi qui solius mundi negotia frequētasti, et anxiæ pertrectās ultro citroq; uolutasti? Tēpore mortis adeo rerum solicitudo dispensatioq; molestat, ut bonorū animi cura uanescat. Tunc uxoris et liberorum immo familiarium oīm cura perturbat, qualiter uxor uidua se sit habitura, quomodo sui recordatura, qualiter cū liberis actura, quo pacto fidei tutelæq; suæ commissa dispensatura: quomodo filij iam nunc ætate teneri et iniurijs propemodum omnibus obnoxij uicturi sint si patris locum uictricus occupet, qualiter hæredes ex asse, qualiter amici suo sint officio functuri. Tunc ad decumbentem uxor frequens ingreditur: suadet, mouet, tentat, instigat, ut sibi suisq; prospiciat ex sententia. Seniores accedunt filij, suis pro se functuri

Augu.

Pœnitentia tēpore sanitatis efficax est.

In morte difficillima cōuersio.

functuri partibus. Intrant consanguinei, conuolant affines, uicini proni sunt, suam quisq; rem magis q̄ egroti cōmodum quæsituri. Hic rem unam, aliam ille postulat. Vnus hoc, alius aliud suadere nititur. Præterea uexat eris alieni solutio, suiq; collectio: uexat supremę uoluntatis ac testamenti conditio. Inter hæc omnia sic languida mens huc et illuc impellitur, ut ex uno dolore geminus existat. Sed quis interim, quis horum omnium dei mentionem facit? quis ad animæ salutem intendit? quis infirmum mouet et excitat ut sibi consulat, ut internæ saluti futuræq; uitæ prospiciat? Nemo, nemo est qui spiritualiter egrotantem animet, qui cœlestis solacij medicinam adhibeat. Quis dicit infirmo, confitere peccata, compungere de peccatis? Quis dicit infirmo, te componas ad sacramēta suscipienda? Quis dicit, relictis rebus omnibus memento dei,
4.Reg.20. memento solius animæ? Quis dicit Dispone domui tuæ quia
morieris? At at omnes uitam pollicentur, omnes de sanitate diuinant, mortem nullus indicat. Verum ego dico tibi quisquis egrotas, quisquis sub corporis huius sarcina laboras, morieris. Et
Luce.12. quæ congregasti cuius erunt? Tua non erunt amplius, non tibi proderunt abeunti. Fac igitur ut pie sanctæq; dum potes utaris, fac ut in lætis rebus tuis semper dei memineris: quia uerissimum est quod ad deum propheta pronuntiat Non est in morte qui memor sit tui. Difficillimum insuper erit in illa seperationis hora iustam pœnitentiam agere propter innumeros mortis seuientis dolores,
p̄s.114. quorum in alio psalmo sic propheta meminit Circundederunt me
Expo. dolores mortis, et pericula inferni inuenerunt me: tribulationem et dolorem inueni. Dolores (inquit) mortis circundederunt me.

Anxietates mortis instātis.

Quandoquidem inuadent morientem metus, pauor, tristitia: exagitabit infirmum conscientia magnitudoq; peccati, urgebit egrotū cordis inquieti dolor immodicus, excruciabit omnifaria corporis angustia, nunc huius nunc illius partis: nunc capitis, nunc oris, nunc gutturis, nunc oculorum, nunc pectoris, nunc uentris, nunc tibiarum, pedum, aut brachiorum: nunc simul omnium partium tortura doloris insurget, ut egrotus quo se uertat ignoret, quid agēdum nesciat,

dum neſciat, quæ cogitet haud inueniat. Mens huc et illuc impel=
litur, diſtrahitur animi uigor, alienatur ipſa memoria, ſenſus offuſ=
cantur ut alijs obliuioni traditis uix, immo non ſe cognoſcat. Sic ple
runqꝫ uim ſuam dolor intendit ut in rabiem incidat, omnia deblate=
ret, infandum clamitet, dentibus ſtrideat, omnia fœdiſſime faciat.
Rurſum quando remittit: illico ridet, garrit, iocatur, ſed et illico reſi=
liente dolore reticet et inſanit. Adeo fit inconſtans inter intēſionem
atqꝫ remiſſionem doloris: ut nihil recti, nihil certi teneat. Nōnunq̄
uoluit et reuoluit ſe, ſibi ſemper inconſtans et ignarus rerum omniū.
Huiuſcemodi grauamina multoqꝫ formidabiliora manifeſte uide=
mus egris accidere. Tota tunc erit intētio mentis ubi ſentitur uis do= , Auguſt.
loris, ubi feruet dolor. Si pes uehementer indoleat, tota ſe cogita= ,
tio reijcit in pedem, Si non bene caput habeat, circa caput mens
tota laborat. Si uel digiti ſummitas ingraueſcat, memoriam om=
nem ad ſe prouocat. Aſt quum mors ingruat, ſuos ipſa præmittit Nūcij mortis
nuncios, quos hic propheta dolores mortis appellat. Præmittit tri=
bulationes, anguſtias et agonias, quæ nonnunq̄ eouſqꝫ creſcunt et
tam uehemētes euadunt, ut non rationem ſolum, ſed et ſenſuū uſum
pro tempore ſuſpendant. Nam ſi accedas ad moribundum, non te
uidet, ſi loquaris, ſi clames, non audit, ſi tangas, non te ſentit, quid=
uis naribus admoue, non odoratur: ſaporum diſcretionem, re=
rumqꝫ iudicium amiſit, quodāmodo mortuus anteq̄ moriatur. Obli=
uiſcitur omnium, obliuiſcit̄ ſui, nec iniuria Quoniam hac animad= , Criſoſtom.
uerſione punitur peccator, ut moriens obliuiſcatur ſui, qui dum uiue ,
ret oblitus eſt dei. Niſi peculiaris dei gratia ſubueniat, id raro non
contingit. Quibus ergo non fit luce clarius, ꝙ res ſit difficillima, pec
catorem de peccatis ſuis in mortis articulo conteri, iuxta prophetæ
ſententiam Non eſt in morte qui memor ſit tui? In morte quoqꝫ cō=
tritum aut uere pœnitentem eſſe propterea difficile eſt, ꝙ eo tempo=
re ſolito moleſtiores tentationes emergant, quas pericula inferni pro
pheta uocitans ait Pericula inferni inuenerunt me. Quæ ſunt infer= DD.
ni (quæſo) pericula niſi tentationes uehemētes, inſidie dyaboli, car= Inferni peri
nis illectamenta, mundiqꝫ tendicule? Pericula uero dicuntur ꝙ ani= cula quæ ſūt.
ma hijs

ma hijs periclitet, et illaquiata pœnis inferni fiat obnoxia: q̄ q̄ multi per istiusmodi tētationes ad inferna pertracti, fiant cacademones. Hæc inferni pericula, tentationes iste tam uehementes, tam graues, immo decumanæ, tam ualidæ ac robustæ, tam multiplices ac uariæ, tam perplexę et ignotę, tam extraneæ, tamq̄ miserabiles occursabūt, tam densę glomeratęq̄ subibunt, ut haud scire queas qualiter ab hijs teipsum expedias. Dyabolus enim ipsæ te tot laqueis inuoluet et inuolucris circumueniet, tot animam machinamentis inuadet, tot circum cor, circum mentem struet insidias: ut nisi deus adiutricem manum interposuerit, euadendi nullus locus appareat, iuxta quod Augustinus asseuerat. Tunc præsto aderit dyabolus recitās omnia uerba nostræ professionis, obijciens quæcunq̄ fecimus, tentans nos de fide, et nisi deus subueniret electis, nullus resisteret ei. At o clemens et misericors deus, adsis oro nobis in die saltē illo, In illo die manum apponas, quando uerendum est si gratia tua desit ut pereamus omnes. Adiuua nos, adiuua domine deus in illo discrimine, in illa procella, in ea necessitate, quando nisi tu respicias et auxiliū e cœlo mittas, ilicet, actum est de nobis, Propter hæc enim grauia discrimina, propter grauitatem harum tentationum ac impedimenta pœnitentiæ (quod etiam expertus ego sum, nec plærosq̄ uestrum ignorare scio) propheta pronunciat uice pœnitentium omnium, Non est in morte qui memor sit tui. Arduum inprimis est (instante iam morte) ueram agere pœnitentiam, nisi tu deus noster ex abundantia misericordiæ tuæ dederis. Itaq̄ te solicite depræcor ut mittas auxilium e cœlis, ut a dyaboli telis eripias, ut superbos hostis impetus edomites, ut ab inimici confusione liberes, ut illius rabiem arceas. Emitte domine, mitte celeriter hanc gratiam tuam, quæ hunc magnum draconem uincat, repellat et abigat. Eripe me de inimicis meis deus meus, et ab insurgentibus in me libera me. Fac ut hic anteq̄ mors, anteq̄ senectus ingruat, resipiscam. Fac ut contritus integre reuertar. Conuertere domine et eripe animam meam, saluum me fac propter misericordiam tuam Qnoniam non est in morte qui memor sit tui. Audistis modo pœnitentes periculum agentis animam, peri-

[Margin notes: Augu. (beside "gustinus asseuerat"); ps. 58. (beside "num draconem uincat")]

mam, pericula agonisantis et tormenta morientis. Audistis quibus modis i extremis positus, impediatur a matura perfectaq; pœnitentia. Agite nunc pœnitentiam dum tempus adest, fugit enim et uolat irreuocabile tempus. Memoria tenete quod scribit Ecclesiasticus Ne tardes conuerti ad dominum deum tuum, ne differas de die in diem: nam subito uenit ira eius et tempore uindictę disperdet te. O iuuenis, O uir incolumis, O cui uiget ætas atq; floret, O cui robur ac fortitudo suppetunt, ne pigriteris noli differre conuersionē, noli pœnitētiam oscitanter agere, noli procrastinare, noli coruinum illud occinere Cras cras cras Qui non est hodie cras minus aptus erit. Impudicus hodie crastinā pollicere castitatem, hodie gulosus ac uentri deditus, promittis crastina ieiunia: iniustus ac impius hodie, cras inquis te fore iustum atq; pium: Vnus es ex hijs qui coruum ab archa dimissum cadauereq; detentū ne reuolaret, imitantur. Quia tu non dissimiliter ad sordidas uoluptates cadaueris tui prolapsus, cras ais te resulturum et acturum pœnitentiam: suauitate tamen earundem pellectus, in eodem hesitas luto tanq̄ sus in uolutabro. O miserime peccator quid ita crocitas? Quid cras cras ingeminas? Quare non facis hodie quod cras te facturum ais? Ais te cras reuersurū ab iniquitate, cras acturum pœnitentiam, ut hodie luxu diffluas, cras parce uicturū ut hodie delicijs abundes, cras iuste facturum ut hodie pecces. Veh tibi: quare non hodie te reprimis? Nam hodie certum est tibi, cras incertissimum. Non potes unam horam sed nec momentū tibi certo polliceri. Cur non interim succurrit te mortalem esse, deberi fato te tuaq;? uitamq; tuam sicut aliorum omnium mille periculis obnoxiam esse? Quotidie quotidie moriunť homines subito, subitaria cede corruūt, subito uanescunt, Nemo tutus, nemo non huic discrimini subiectus. Stat ductis sortibus urna. Mors omnia uersat, mors æquat ultima primis, infima summis. Transeunt omnia uelut umbra, tanq̄ nūcius precurrens, tanq̄ sagitta missa in locum destinatum, tanq̄ lanugo quæ a uento tollitur, tanq̄ spuma gracilis quæ a procella dispergiť, tanq̄ fumus qui a uento diffusus est, tanq̄ memoria

Ecclef.5.
Expo.
Q̄ periculosa sit procrastinatio pœnitentiæ.
Ouidius.
Vergil.
Horatius.
Sapien.5.

memoria hospitis prætereuntis. Nati continuo desinimus Om-
2.Reg.14. nes morimur et quasi aqua dilabimur. Quid ergo si mors impœni-
tentem opprimat? Audi quid dominus ipsæ dicat Sicut te inue-
Hodie necesse est bene uiuas. nio sic te iudico. Semper igitur esto paratus, memento semper ut
hodie bene uiuas, cras enim morieris: semper cũ timore ac tremo-
re reuoces ad memoriam quomodo iustitiam suam sic dominus ex-
ercuerit, ut de sexcentis millibus hominum duo tãtum terram pro-
missionis intrauerint. Repetas memoria quomodo seniores popu-
Deut.11. li Dathan, Abyron, et Chore pro peccatis, pro murmurationibus in
deserto consumpti sunt, et cum grandi motu in terram absorpti.
Parcere potest ad tempus, parcit modo deus et tacet, sed non sem-
per tacebit. Vltricem manum abstinet et lento gradu procedit ad
uindictam, sed tarditatem supplicij grauitate compensat. Percur-
re, perlege scripturas ordine, et in omni loco q̃ plurima huius ultio-
nis et supplicij cõperies exempla, Sed quare talibus exemplis scrip-
turæ scatent? Nimirum ut nobis sint ipsa documenta. Loquitur
nobis in hijs exemplis ut per pœnitentiam præueniamus horam
uindictæ. Loquitur adolescentibus, loquitur uiris, loquitur senio-
Luce.7. ribus, loquitur omnis ætatis omnibus. Adolescens inquit tibi di-
co surge. Surge adolescens, surge senex, surge quisquis es et noli
pigrescere: noli tardare. ne tardes pœnitere, ne tardes conuerti ad
Eccles.30. dominum, sed miserere animæ tuæ placens deo. Vide quanta sit
hic beneficentissimi seruatoris amicitia, quanta clementia qui non
solum cõuerti iubet, sed misericorditer etiam nos admonet, miseri-
corditer instimulat, immo docet atq; rogat. Audiamus igitur edo-
centem et obsequamur ultro roganti, ne postea quum seuerus iu-
dex in tribunali sedeat, nos minime quidem exaudiat sed ad sini-
2.Cor.5. stram abijciat. Oportet enim nos omnes ante tribunal eius mani-
EE. festari, ut referat unusquisq; prout gessit. Quid hic respõdebis im-
pie peccator? Obijciet ille tibi Misericorditer te uocaui, rogaui cle-
menter ut te respiceres, ut tui ipsius misereris, et non audisti. Re-
cte consului, nec mouebaris in tuam salutem. Causam tuam apud
temetipsum egi, nec tuæ salutis apud teipsum exorator esse potui.

Vis ut in

Vis ut in iudicio te rogantem exaudiam, qui me uiuus audire nole=
bas, nolebas audire pro te tibi ſupplicantem? Quæ eſt hæc tua per=
uerſitas? quæ te demētia cœpit? qui ſeruatoris præcepta negligas,
monita cōtemnas, rogatum et doctrinam haud cōſyderes: et tamen
exaudiri uis in iudicio? Miſerere, miſerere animæ tuæ dum potes, dū
uiuis, poſt mortem enim non poteris. Adimple dei uoluntatem, p̄=
be te alacrem in bono, conare ad honeſtum, remoue te a uitio, mo=
ue ad uirtutem, et deus promouebit. Si quando corpus aduerſa ua=
litudo corripuerit, ſi morbus inuaſerit, conſulitur q̄ celerrime medi=
cus: qui medicamentum eueſtigio coaptet et adminiſtret. Si fuerit
uulnus inflictum, accerſiti ueniunt chyrurgi: qui ne ſincera trahan=
tur enſe uulnus immedicabile reſcindunt, et carnes putres amputāt.
Atqui talis ac tanta cura corpori paulo mox in cineres ac putredinē
uerturo ſolet adhiberi. Quanto maiorem curam, quāto proniorem
diligentiam erga pręſtantem animam ac immortalem, ad imaginem
dei creatam, precioſiſſimoq; CHRISTI ſanguine redēptam im=
pendere debemus? Quanto maiorem nauare operam oportet ut ſi=
ne macula ſineq; ruga mereamur ante tribunal æterni iudicis appa=
rere? Vbi ſi multis ſordibus et peccatorum maculis informes, ſi (quā
do uocamur ad illud nuptiale cōuiuium) multis animæ uulneribus
fœdati deprehēdamur: obijcietur nobis illud quod cœleſtis ipſe ſpō=
ſus in Euangelio dicit Amice quomodo huc intraſti non habens ue=
ſtem nuptialem? Sed auertat a nobis et ab unoquoq; noſtrum illud
quod ſequitur Ligate illi manus et pedes, et proijcite in tenebras ex=
teriores, ubi eſt fletus et ſtridor dentium. Veruntamen hanc ſenten=
tiam accepturi ſunt quotquot in curāda cute poliendoq; corpore ma=
iorem q̄ in anima uirtutibus ornanda ſolicitudinem habent, qui ſūt
attētiores ut pulchra nitidaq; caro pelluceat in hominum cōſpectu,
q̄ ut anima poſt honeſtam ſtudioſamq; uitam ſplendide glorioſæq;
triumphet. Næ tu noles in magnifico ſolenniq; conuiuio ubi ma=
gnus hominum concurſus aſſolet, uel in præclaro cælebriq; conuen=
tu uideri, noles in nuptiali gaudio: cultu, cibis, et ludicris exquiſito:
niſi certus ante fueris apparatum corporis aptum, concinnū, et om=

Quantā corporis curationem habeant hoies.

Ephe. 5.

Math. 22.

Curatura ueſtimentorū.

nibus numeris absolutum esse. Ad speculum te consyderas, uestes excutis et examinas omnia, si usq̃ in uestitu macula, uel in facie turpitudo cernatur, statim ut aqua recens tibi, aqua deferatur, aqua inq̃ occlamas. Lauato inquis lauato, lauato uernula. Rursum in uestibus si quid cenosum aut sordidum appareat, uerrendas illico tradis, iterum atq; iterum uerri iubes, neq; maculam, neq; rugam nisi grauatim aspicis. Tanti æstimas ut inter homines concinnus, clarus, et conspicuus emineas: at quanto pluris æstimares ut ibi præclarus ac prenitidus inueniaris, ubi totus mundus apparebit, sed soli gaudebunt et conuiuabuntur electi, impolluti mundiq; corde? quanto diligentior esses ut uir bonus et sapiens, iudex ipsæ tui totum te exploVergil. rares ad unguem, externæ ne quid labis per leuia sidat, ut peccati ueteris nihil omnino remaneat, ut anima tua mūda splendida nitidaq; Eccles. 9. cōpareat in oculis dei qui oīa uidet? Omni tempore sint uestimenta tua cādida, sit corpus quo uestit aīa purū, purū castitate, uerecūdia, obediētia, humilitate, cęterisq; uirtutibus pornatū. Agas itaq; pœnitētiā dum ꝓspera es ualitudine, ne mors te præueniat. Dole, cōpungere qui peccasti: statue tibi et præscribe simplicem, humilem, utilē, secretam, frequentem, promptam, amaram, lachrymosam, et festinam confessionem: quia mors præmatura ueniet, mors accelerabit, mors aderit improuisa. Cunq; (quod diximus) extrema uenerit egritudo, tunc tota erit intentio mentis ubi est uis doloris, tum cor palpitat, mens pauet, caput uacillat, manus et oculi tremunt, corpus undiq; perdolet, uires fatiscunt, mordax conscientia murmurat, mors instat, lamentantur amici, plorant cōsanguinei, luget familia, solantur medici, parochus ad se uocat et pietatis admonet, et o miseriam infirmi cui mundus adhuc sui fidutiam inijcit, cui dyabolus spem uanam insinuat, et iāiam deserēda caro non deserit. Inter hæc e manibus suorū infirmus elabit̃ et expirat. Tunc ibi clamor, ibi fragor, ibi uox eiulantium, ibi sonus amentium haud amantium. Afferantur puluini, afferantur calefacta linthea, cur caput non eleuatum sustentatur? quare non affertur potus ad recreandum? cur tempora non fricantur et peruruntnr aceto? cur aqua rosacea non perluitur?

Acceleratio mortis et difficultas expirantis.

Augu.

luitur? cur dentes claui non reserantur? Inter hos apparatus et strepitus huiuscemodi mors nihilominus irrepit, mors irruit, se, nec prę misso pulsu ingerit, animam rapit, prensat, in ius uocat, ad regium tribunal accersit: Anima sublabitur et demigrat e corpore: Corpus interit, friget, riget, et putrefactioni cedit. Anima nescia uiæ, nescia quonam itura sit, itineris ignara, sui ignara ducis, ignara quorsum regionis, quo gentium, ad quem regem, ad quodnam tribunal appelletur: uicꝫ trepidat, nescia periculi uicta labascit. Hęc omnia (mi hi crede) peccator experieris, hijs multo plura, multo grauiora senties in mortis articulo, senties indicibilia. Si quis forte præsentium semel huiusmodi periculo defunctus fuerit, morti semel institerit, mecum scit esse uerissima quæ dico. Quid igitur obduratum est cor tuum o peccator? cur non mature pœnitentiam agis? cur non agis anteq̃ infirmeris? non arbitraris eadem usuuentura tibi quæ nullis non obueniunt? Quare si tuæ salutis amator esse uolueris, si deum ames ut patrem, si timeas ut dominum, si iustum examinatorem esse credas: defle peccatum, defle miseram uitam ante tempus infirmitatis. Resipisce priusq̃ opprimaris, subducat̃ integra ratio uitæ tuæ dum sanus es, dum uiuis atcꝫ uales. Dispone domui tuæ quia moriēris. Nihil morte certius, hora mortis nihil incertius, Cur igi- 4.Reg.20. Expo.
tur tibi ipsi blandiris? cur imponis ipsæ tibi? Nonne uides hominum uitam esse breuissimam? hominem esse bullam? esse uitro fragiliorem? Fac ergo quod faciendum est, luge quod est lugendum, fleas quod flendum est. Tempestiue condas testamentum, condas dum es compos mentis, dum memoria uiuax, ętas ualida, florida iuuentus. Nam si tempus infirmitatis aut senectutis expectes, mirum ni decipiaris. Si notes unum cui mitior casus accessit, pro uno centum illusi sunt. Subito uenit inexpectata mors, subito rapit immemorem. O iuuenis, o iuuenis quisquis hæc audis, qui talia sæpe uides: cur agilitate, forma, uiribus et iuuenta superbis? Cur non (hijs abiectis) ea quæ dei sunt potius attendis? Reuertere ad teipsum, cogita quid sis, reuolue qualis sis, nihil est si bene cogites quare iuuentutem tuam tanti facias. Nam cito labitur more uerni floris, aut flu-

Seneca. , entis aquæ, Iuuenes cito mori possibile est, senes autem diu uiuere
, impossibile. Recordare q̃ uilis erat tui materia, Cogita q̃ qui fuisti
sperma modo sis uas stercorum, et eris uerminm cibus. Cogita quomodo fuisti conceptus in culpa, natus in pœna, quomodo uitam agis in miseria, moriturus in angustia. Qz si laudẽ fortitudinis expectes, eam modica debilitat infirmitas. Qui nuper uiribus exultabas illico subintrante morbo deficis Cur infiaris sapiẽtia mundi, cur extolleris prudentia quæ stultitia est apud deũ? Perdet enim eam deus
I.Cor. I. , de qua tibi Perdam sapientiam sapientum, et prudentiam pruden-
FF. tum reprobabo dicit dominus. Quid uecordius dici potest q̃ post habitis rebus inuisibilibus, rebus æternis, ęterno gaudio plenis, quarũ cognitio te ueraciter exornat atq; beat: temporarijs, crassis, et plane sordidis inhiare? Tu mundane qui sapiens a mundo diceris, ut q̃ mundanis rebus totus inuolueris, totus imbiberis, totus inq̃ totus absorberis, dei diuinarumq; rerum prorsum oblitus: ecce quomodo tibi reprobabo tuam prudentiam dicit dominus. Scientia quid itidem intumescis? Nunquid philosophorum obscuratum est cor in-
Rom. I. , dem intumescis? Nunquid philosophorum obscuratum est cor in-
, sipiens et in cogitationibus illi suis euanuerunt? nunquid traditi sũt in reprobum sensum? Quid generis tui nobilitate superbis? quid clara maiorum stemmata iactas? quid titulis honorum extolleris? Nonne sicut omnium nascendi fuit una conditio, sic futura est una moriendi? Omnium simile principium eademq; cõclusio est. Vo-
Cur parentẽ unicum creauit deus. luit enim omnipotens deus parentem unicum creare de quo multitudo propagaretur, ut unitas dilectionis seruaretur in multis: et sublato discrimine sanguinis atq; natiuitatis, tolleretur omnis causa tumoris, et iactantia carnis. Quæ est ista curiositas hominum, uel quę potius insania? quæ contentio geneologiarum ut genesim suam et progeniem ab Adam repetant, maioresq; suos ordine longissimo di-
Psal. 9 , numerent? De quibus alibi propheta loquit̃ Non mouebor a generatione i generationẽ sine malo. Non cõstare ꝓpheta sensit hanc progenitorũ recensionem, hanc geneologiarũ supputationem sine sup̃bia, sine graui peccato. At utinam adeo retrocederent ut hanc genesim suam uel unum gradum ante Adamum requirerent. Tunc profecto patrem

fecto patrem suum quem tantifaciunt ac magnifice extollunt, putredinem inuenirent et terram, unaq; cum beato Iob dicerent, Putredini dixi pater meus es tu, mater mea et soror mea, uermibus. , Iob.17.
Nam putredo putredinem genuit, fetor fetorem parturijt, uermis uermiculum peperit, Putridus et lutulentus Adam te corruptibilem et fedum hominem progenerauit. Nec indigneris q limosum et lutulentum hominem appellem Creauit enim deus hominem ex limo terræ. Non legimus dominum formasse unum Adam de lapidibus præciosis unde traherent nobiles originem, alterum aureum unde manarent generosi, tertium argenteum quem sibi parẽtem mediocres ascirscerent, nec ereum deniq;, ferreũ, aut (si mauis) luteum unde prodirent ignobiles et plebei: sed unicum fecit Adam, et illum non e precioso quidem lapide, non ex auro, non ex argẽto: sed e luto plasmauit, ex quo omnes exiuimus, ut nemo suo genere glorietur, nemo pulcritudine, nemo uiribus aut ulla prestantia corporis: ut in se nihil amabile, nihil formosum, nihil delectabile, nihil gloriosum aut splendidum existimet, nisi uirtutem si qua forsan insit Sola uirtus et te, et maiores tuos (quisquis in excelso agis) nobilitauit, uirtute nobilitatem ignobilibus adijcies, ea deficiente maioribus tenebras obtendes Honor est enim uirtutis præmium ut ait Philosophus. Q; si uirtus in te desyderatur, nobilitas tua penitus offuscatur, et fama denigrat. Vides itaq; nihil esse quod in uita te felicem reddat aut in morte securum nisi solam uirtutem: non iuuentutem floridam, non fortitudinem eximiam, non mundanam prudentiam, non philosophorum sapientiam, non formæ, generis aut famæ dignitatem. Sed quid de diuitijs arbitrabimur? An ille quid faciunt ad felicitatem aut securitatem? Certe si Crassũ, Cresum, aut Mydam diuitijs equiperares, nihilo fœlicior esses: ne multo dicam infœlitiorem futurum quando mors instabit. Insidiantur ipsæ tibi, sunt tibi spinæ quæ pungunt appetentem et inquietant habentem. Pauper ubiq; tutus iacet, ubiq; sedet tutus, et securus ambulat: nihil opus est ut formidet, neminem lædens, neq; lesus ab ullo. Diuiti mille tenduntur insidie: casses et tendicule mille

, Expo.

, Gene.3.

, Expo.

Comes uirtutis honos.

, Phũs.

Diuitiarũ insidie, non tutelæ.

 cule mille

cula mille ſtruuntur. Vt diuiti ſit in uita præſenti perpetua iocunditas, at in morte quę diximus dura cōtingent, et poſt mortem duriora. Ideo recordare tui, recordare dei, recordare modo dū uiuis Quoniam non eſt in morte qui memor ſit dei, non eſt in morte qui poteſt agere pœnitentiam. Sed poſt q̄ mortem adeſſe ſentiunt homines, uitam rurſum exoptant, quo digne reſipiſcant: pro longiore uita clamant ut pœnitentiam adimpleant: Verum nihil tunc p̄derit eorum clamor aut eiulatus, tunc ſera eſt et infructuoſa pœnitentia Quicquid ergo poteſt manus tua facere. inſtanter operare, fac quod potes tempeſtiue, quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia eſt apud inferos: quo tu properas. Id quod propheta bene ſciuit quando dixit. In inferno autem quis confitebitur tibi? Nemo fructuoſam aget in inferno pœnitentiam, ubi nulla redemptio eſt ſed pœna ſola cōmiſſorum: ubi penitudo maxima, ſed inutilis tamen et infructuoſa. Clamor ibi, ſtridor dentiū, ululatus et fletus ingentiſſimus: nemo tamen audiet, nemo ſubueniet, nemo uel extremo digiti guttulam aquæ porriget linguæ flammis exuſte. Ille diues epulo ſupra 1518 annos iam clamauit in inferno, clamat, clamabitq́ſemper pro unica guttula aquæ, nec eſt aut erit quiſq̄ qui dederit illi. Et tibi dabit aliquis? Nequaq̄. Sed audiet impius quiſq́ quod ille diues ab Abraham audiuit. Chaos magnū firmatū eſt inter nos et uos, ut qui uolunt hinc tranſire ad uos non poſſint, neq́ inde huc tranſmeare. O Chriſtiani recordamini, memoria tenete quę dicuntur. Quia peccata ueſtra diuiſerunt inter uos et deum. Hæc faciunt illud Chaos magnum de quo pronunciat Euangeliſta. Remouete hoc Chaos magnum, hanc magnam molem, magnum hoc obſtaculum: remouete peccatum per quod a deo ſeparamini, et deus alienatur a uobis. Itaq́ dum tempus adeſt, dum facultas ſuppetit, mutetur uita, ad nouam opera normam reuocētur. Si mutauerimus uitam noſtram peſſimam, mutabit deus decretum, mutabit illam ſentētiam qua dicit In peccatis ueſtris moriemini. Si deus nos morti libēter addiceret, ſi uolens condemnaret: taceret utiq́, nec palam faceret uoluntatem hāc ſuam qua

Mortui uitā optant ad agendam pœnitentiam.

Eccle. 9.

Luce. 16.

Esa. 169.

Ioan. 8.

Deus nō punit niſi pmonitos.

ſuam qua dixit Si uis ad uitam ingredi ſerua mandata. Nemo uo= lens ferire prædicit caue, nemo uolens ferire dicit obſerua et uiues, nemo uolens interficere prẹmonet quid fugiendum, quid cauendũ, quid obſeruandum undiq;: non dicit fac hoc, fuge illud: ſed ex inſi= dijs repente ſubit, repente percutit. Multo deus aliter nobiſcum agit. Iudex ipſæ clementiſſimus nos erudit ex lege, per prophetas premonet, docet per Euangeliſtas, uociferatur ore doctorum et cõ cionatorum, ait fuge peccatum, obſerua mandata et uiues. Tribu= lationes quoq;, uexationes, infirmitates, iniuriæ, tormenta, pœ= næ, deniq; quicquid homo moleſtiarũ in uita præſenti patitur, fla= gellum dei eſt miſerentis et uolentis hic corrigere, ne nos damnet in fine. Omnia quæ uiuentibus infliguntur admonitiones ſunt et ſti= muli correctionis noſtræ, ne ſalus in futuro periclitetur. Siue nos flagellamur, ſiue flagellant̃ alij, nos id admonemur a domino quod dicitur Nolo mortem peccatoris ſed magis ut conuertatur et uiuat. Quæ quidem conuerſio ſeu pœnitentia, neceſſe eſt ut in præſenti fiat, Quoniam in inferno quis confitebitur tibi? quis pœniten= tiam ibi fructuoſam aget? Si qua ſit, eſt ibi ſera pœnitentia, pœni= tentia quidem inutilis et uana, pœnitẽtia damnatorum. Qui quod in ſapientia ſcribit̃ Dicent intra ſe pœnitentiam agentes et pre an= guſtia ſpiritus gementes, Quid nobis profuit ſuperbia? quid ia= ctantia? quid luxuria? Tranſierunt omnia. Et de ſaluandis dicẽt, Hij ſunt quos aliquando habuimus in deriſum, uitam illorum eſti= mabamus inſaniam, et finem illorum ſine honore Ecce quomodo nunc computati ſunt inter filios dei, et inter ſanctos ſors illorũ eſt. Hij ſunt hij quos olim irriſimus, cõtemptui habuimus, quos dicte rijs et maledictis inceſſiuimus, quos cachinnis affecimus. Nos in= ſenſati iudicabamus eorum uitam ſtultam, uanam, iniquam: iudi= cabamus miſerijs et calamitatibus oppletam. Viximus nos ut fe= rebat animus, ut uoluptas ipſa mouebat: illi uero quemadmodum uel uirtus allexit, uel neceſſitas impulit, uel pœna coegit. Nos lu= xuriati ſumus, carne ſaturi uinoq; madentes: illi caſtitate nitebant et abſtinentia. Nos cõmeſſationibus, ingurgitationibus, ebrieta=

tibus, et

[Margin notes: Math.19. — GG. — Ezech. — Sapien. 5. — Vita bñ mo= rientium ar guit uitã glo rioſorum.]

tibus, et impudicitijs addicti uiximus: illi penuria, fame, ieiunioq;
macerabant corpus. Nos pertinaces et superbi: illi mites ac humi-
les, nos diuites, illi pauperes. Nos blandicijs, delicijs, et obsequio
trahebamur: illi miserijs et laboribus exercitati sunt. Nos in omni-
bus excessimus sordidiq; fuimus: illi moderamine uictus et mode-
stia uitæ fuere temperatissimi, nos iudicabamus (ut iam diximus)
uitam eorum miseram, insipidam, et stultam. Sed o nos multo mi-
seriores, o stolidissimos. Iam tandem uidemus ipsi dolentes om-
nia uersa, uidemus quemadmodum prelati sunt qui fuerunt antea
deiecti, quemadmodum sublimantur dei fauore qui fuerũt mundo
Sapien.5. infimi. Iam sunt in cœlo gloriosi qui uisi sunt in terra miserimi, ac-
ceperunt iam regnum decoris et diadema speciei de manu domini,
sunt erecti, nos depressi: sunr sublimes, nos abiecti: sunt beati, nos
infelicissimi. Quid ergo nobis profuit arrogãtia nr̃a? quid osten-
tatio? quid liuor? q̃d luxus? Dura sũt hæc quæ narramus et mole-
sta: uera tamen, hæc horrorem tremoremq; referendo pariũt, sed et
sapientes sibi cauere faciunt. Consyderans etenim hæc propheta,
consyderans damnatorum pœnitentiam infrugiferam esse, parũq;
aut nihil conducere uel ad peccati deletionem, uel ut damnatus li-
beretur ab illo terribili loco: post confessionem peccatorum suorũ
ad fletum accurrit, ad contritionem properat, sciens tantam esse dei
bonitatem immo iustitiam, ut non bis puniat in idipsũ. Non plu-
ribus modis unum atq; idem peccatum affligit. Bonitas nanq; di-
uina concedit tempus et spatium castigandi nos ipsos. Q̃z si suf-
ficienter hic a cõmissis nos expurgauerimus, remittit eadem absq;
1. Cor. 11. ulteriori punitione. Quod et ibi cõmonstrat apostolus Si nosip-
sos diiudicaremus, peccata nostra examinando uereq; pœnitendo,
non utiq; diiudicaremur, non puuiremur in inferno. Qualem au-
tem diiudicandi sui rationem propheta subierit, quantam pœnitẽ-
tiam susceperit, qualem sibi pœnam inflixerit, et qualem afflictio-
Ver. 6. HH. nem sui corporis induerit, subdendo declarat LABORAVI in
gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meũ lacrimis meis
stratum meum rigabo, Laboraui inquit. In eo quo se laborasse
propheta

propheta pronunciat, triplicem laborem annotabimus Corpora= lem, ſpiritualem, et æternum. Reſumentes illum corporalem partie= mur in bonum, et uitioſum Quorum prior eſt labor ille momenta= neus, quo quiſq; mechanicus ac mercenarius arte ſua iuſte uiuit ac operatur, ut per labores manuum ſuarum quod recte manducet in= ueniat, nec infelicem ætatem agat, de quo ſcribitur. Dū tempus ha= bemus operemur bonum. Corporalis labor et uitioſus is cenſetur quo quis conatur ad explendum peccatum, ad ſectandam iniquitatē et perficiendam malitiam. Talis eſt maliuolus, talis inuidus, qui ſe= quens improbitatem animi nihil non facit ut alijs noceat Sedet in inſidijs cum diuitibus in occultis ut interficiat innocētem. Talis eſt luxurioſus quiſq;, qui ut fœdam ſuam uoluptatem adimpleat, omne ſaxum uoluit. Talis auarus, qui per phas ac nephas diuitias ad ſe ra pit, Hij laboratores iniqui rectiſſime aſſimilantur pueris qui inceſ= ſanter uagant̄ et diſcurrunt per plateas ludentes ac laſciuiētes ubiq;, neq; lutum aut inclementiam cœli curantes, non defatigationem, non eſuriem aut ſitim, non frigus aut eſtū ſentientes, tantum ut pue riliter animo ſatiſ faciant, neq; ceſſant q̄diu lux eſt. Tandem uel ob= ſtante nocte feſſi ueſtibusq; deturpati domum redeūtes, egregiæ ua= pulant a parentibus. Sic enim et multi mortales ſibi ipſis in peccatis ſuis omnino blandiuntur, ſeſe uoluptatibus immergendo deturpan= tes: qui quum nox mortis ingruerit et funus ad ſepulchrum delatū fuerit: animam turpem, animam laceram et leproſam habentes, ua= pulabunt a patre ſuo, uapulabunt a deo plagis multis, Pœnas dabūt æternas. Tunc plane laborabit anima Laborabit ineternum et ui= uet adhuc in finem, Laborabit in pœna tartarea quæ (quia ſine fine permanebit) æternus labor appellatur, Oh utinam utinam eodem ſtudio laborares in utilitatem animæ, quo carni corporiq; tuo ſoles indulgere. Quales enim quantosq; labores ſuſtines tu miſer homo dumtaxat ut animum quouis inani ac momētaneo expleas gaudio? Noctem atq; diem ſurſum ac deorſum curſitas, equitas, aucupando, uenando, ſitis, inediæ, algoris, laboris, et uigiliæ patientiſſimus: tā= tum ut inaniter oblecteris. Vtinam uel dimidium iſtiuſmodi labo= ris in Chriſti

Labor tri= plex.

, Gala.6. ,

, Pſal.9. ,

, Pſal.48. ,

Multa ſuſti= net homo p parua corpo ris oblectati one, ob ani= mæ ſalutem pauciora.

ris in CHRISTI præceptis, in obedientia dei, in amore pietatis, in animæ lucro, sempiternęq; uitæ compendio sumeres. Itaq; labora, labora dum uiuitur, uirtutibus ac bonis operibus insiste, labora pœnitendo, labora sicut bonus miles CHRISTI, labora cũ propheta qui de se dixit, laboraui. Laboraui inquit. Ast qua in re? Laboraui (inquit) in gemitu meo, in singultu, suspirijs, in uolũtaria pœna corporis, in spontanea pœnitentia peccatorum, recogitando peccata dolorem in corde concepi, contritionem habui, detestationẽ interiorem peccatorum intus ex animo cepi. Laboraui in gemitu meo. Gemitus autem est quidam interior motus mentis, qui ex dolore generatur: cum alicuius signi exterioris emissione et ostensione. Et interior iste motus, iste dolor seu luctus cordis, est quoddam sacrificium multũ deo gratum et acceptabile. In ueteri testamento si quãdo deus populi peccatis offenderet, ne sumeret illico uindictam, sed ira posita placatior esset: statim mactabantur hostię placabiles, expiationis hostiæ, dabatur sacrificium acceptabile, quo creatoris offensio tolleretur, aut ex parte mitigata cessaret. Tu quotidie peccãdo diuinam iram in te prouocas, et ueluti contemnens ineffabilem eius clementiam ad uitia proruis. Cur igitur eum placare quoq; non niteris? Offer itaq; sacrificium, sacrificium ydoneum et acceptabile. Ast dicet aliquis, Laicus sum. Ad episcopum autem pertinet offerre sacrificium, ad sacerdotem, ad ecclesiasticam authoritatem. Nam scribitur Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus cõstituitur in hijs quæ sunt ad deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis, et quemadmodum pro populo ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis. Sed audiat ille Q̃q̃ sacerdotis est offerre pro se et pro populo sacrificiũ solenne, sacrificium illud summum quod est supra omnia sacrificia, sacrificium placabile et acceptabile, eucharistiam dico qui est deus et homo, sacrificium in quo filius offertur patri, tu tamen laice sacrificium habes quod deo offeras. Quodnam sit interrogas, et qualiter offerendum. Certe non indiges altari erigendo in quo sacrifices, non opus est arabiam unde thus queratur adeas. Non enim uenale est hoc sacrificium, non præcio comparabile est.

Non argen-

2. Thi. 2.

Gemitus q̃d est.

Hebrę. 5.

Quale sacrificium deo offeras.

Non argentum, aurũ, gemmas, non ignem, non aliquid externum a te deus pro sacrificio postulat: non hircum, non uitulum, non taurum, non agnum, non animal quoduis expetit. Internum est, internum quod quærit. In te est sacrificium quod desyderat. Ad te redi, in te inuenies quod offeras, in pectore tuo quod immolare debeas, Quid illud est inquis? Audi prophetam Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum et humiliatum. Ecce non emis quod offeras, uerum in corde suscipis quod deus infundit. Dat deus spiritum contribulatum et cor contritum. Quis autem est iste spiritus contribulatus? quod est hoc cor contritum? Anima sane quæ conteritur, quæ recordat̃ se peccatricem et recognoscit undiq; propriam culpam, quę detestatur sua delicta quibus deum offendit, quibus seipsam uulnerauit. Ex qua recolitione displicet ipsa sibi, in se cõscientia cruciatur, dolet homo se creatorem et redemtorem offendisse, dolet se sanguinem IESV CHRISTI despexisse et eius præcium impie perdidisse. Perpẽdas o fili quod dicit deus Fili prębe mihi cor tuum. Nota quid dicat. Præbe dicit seu da mihi cor. Non cõmodari, non uendi, sed præberi postulat. Quidam namq; mutuãt, uendunt alij, nonnulli dant cor deo. Mutuant autem qui deo seruiunt, deum diligunt pro temporali prosperitate consequenda: et quãdo subtrahitur illa prosperitas, subtrahunt et illi cor a deo. De taliũ unoquoq; dici poterit illud Confitebitur tibi quum benefeceris ei. Illi uero dicuntur deo cor uendere qui deũ pro mercedis accepte quãtitate diligunt, qui tantundem ei regratiantur quãtum beneficiorum ab ipso se percepisse deputant, O stultos, o bis stultos, credunt more feneratorum deum uelle secum pacisci, seu conuentiones facere? Satis est illum creasse, semel animam emisse, dedisse in redẽptionem sacratissimum corpus suum, sanguinem, animam, et uitam. Vis ut iterũ emat qui semel abunde soluit? uis ut denuo redimat qui redẽptionem in passione compleuit? Illi cor dant qui liberaliter absq; pactione seu conditione se deo totos offerunt, in deo spem totam reponunt, qui spiritualia dei beneficia plurimi faciunt, intime deũ amant, non propter sanitatem corporalem aut mundanam felicitatem, sed absq; con-

Psal. 50.

Prouer. 23.

Expo.

Quidam mutuant, quidã uẽdunt, dãt alij cor deo.

Psal. 48.

absq; conditione aliqua. Sanitatem ne an infirmitatem, paupertatẽ an diuitias, aduersitatem an prosperitatem deus immittat: semꝑ ibi plenam tui donationem exigit Fili præbe mihi cor tuum. Filiũ uocat per creationem qui creator est omnium hominum, filium per redemptionem qui pater est et redemptor christianorũ, filium per informationem qui magister internus et præceptor est electorũ. Præbe mihi inquit per synceram donationem, cor in me figendum per dilectionem, iam tuum per præsentem possessionem, sed meum plane futurũ ꝑ pietatem et absolutam (ut ita dicam) deuotionem. Sic itaq; liberaliter, simpliciter, et absq; conditione præbe cor tuum deo. Dona cor ei libenter ac integre, quodq; commonent Euangelistę Diliges dominum deum tuum ex toto corde, in tota anima, et in tota mente tua. Non uult amari deus angulo cordis tui, non mentis frusto diligi, non animæ dimidio uenerari: sed, sed toto corde, tota mẽte, tota anima. Sincero intellectu, omnimoda uolunrate, plenaq; memoria uult amari. Vult toto corpore, uiribus omnibus, omnibus deniq; bonis tuis adorari, coli, diligi. Quapropter eum præcipue quidem et primarie diliges Diliges propter seipsum. Id charitas efflagitat Charitas enim est dilectio, qua diligitur deus primo propter se, et proximus propter deum uel in deo. Quare dicit alibi propheta In toto corde meo exquisiui te. Est enim deus zelotipi mariti q̃ simillimus Dominus zelotes nomen eius. Sicut enim hic nõ permittit uxori uel signum amoris externi, sic neq; deus quicq̃ forinsece dilectionis in sui dilectiõe uult immisceri. Non habebis (inquit) deos alienos coram me, non adorabis eos, neq; coles Ego sum dominus deus tuus fortis, zelotes. Falco auis generosa quum diu uolando se fatigauerit, prædamq; ceperit: cor predæ solum in mercedẽ requirit. Eodem modo CHRISTVS dñs uere nobilis q pro te capiendo de cœlo uolauit in terrã, uolauit in uterum uirginis, de terra conscendit in patibulum, de patibulo descendit ad inferna, reuolãs ex inferis ad orbem hũc uisibilem, et ab hoc orbe regressus est in cœlum, captiuam secum ducens captiuitatem: iure suo quem cæpit, cor tuum uendicat. Preparate ergo corda uestra deo, sicut aui predatrici cor predæ

Filij dei sumus.

Qualit deus est diligẽdus

Cor dãdum deo liberaliter, integre, et ꝑpetuo.

Math. 22.

Expo.

Magr. li. 3. dist. 27.

Psal. 118.

Exodi. 34.

II.

Exodi. 20.

De⁹ falconi assimilatur.

Cor quomodo deo ꝑparetur.

ci cor predæ parat̃. Primo quidem extrahitur, extractum lauat̃, lo=
tũ cōprimitur ut ſanguis exprimatur: in fruſta diſcinditur, et fru=
ſtatim ab accipitre depaſcit̃. Nos itidem nos extrahamus cor no=
ſtrum per peccatorum confeſſionem, impleamus quod unicuiq;
noſtrũ propheta conſulit Effunde (inquiens) ſicut aquam cor tuu , Treñ.2.
ante conſpectum domini. Quid autem eſt tanq̃ aquam cor effun= , Expo.
dere, niſi ſordium antiquarũ multitudinem expellendo nihil in cor=
de relinquere? Sicut enim pura ac ſimplex aqua nullam ſui ſubſtã= Perfecta cōfeſſio aquæ effuſe aſſimilatur.
tiam, colorem nullum aut ſaporem, nullum odorem effuſa reliquit
in uaſe: ſic peccatum ab eo qui uere conteritur totum ſimul effun=
ditur in cōfeſſione, totum aboletur. Sic effunditur ut nulla frequẽ=
tatio, nullus actus, nullus cōſenſus, nulla delectatio, nulla fex, nul
la macula, nulla coinquinatio, nulla pollutio, nulla turpitudo, nul
lus color, nullus ſapor, nullus odor, uulla circumſtantia remaneat
indiſcuſſa uel inconfeſſa. Hanc peccatorum effuſionem in confeſ=
ſione ſequatur effuſio lachrymarum in dolore: quæ peccata diluãt,
iuxta conſilium illud Ieremiæ Laua cor tuum ut ſaluus fias. Po= , Iere.4.
ſtea comprimatur per contritionem cor, et ſanguis tanq̃ exprimat̃
per doloris intenſionem atq; feruorem. Per penoſam deniq; ſatiſ=
factionem in fruſta diſcidatur, ut omnes cordis partes integre deo
tribuas, tribuas autem eo modo ut ei perpetuo liceat animam et
iſtud cor poſſidere. Cor iſtud hoc modo mundatum, perlutum, Sacrificium deo gratum.
pœnitudine preſſum, lachrymis et gemitu contritum ac contribu=
latum: molliſſimum, aptiſſimum, decentiſſimum, gratiſſimumq;
deo fit ſacrificium. Quod optime ſentiens propheta dicit ſub per=
ſona cuiuſq; ueri pœnitentis Laboraui in gemitu meo. Laboraui ,
dicit per ſingulas noctes ut liquidiſſime quidem oſtendat ad pec=
cati deletionem, neceſſario requiri pœnitudinis iſtam diuturnita=
tem ac continuationem. Id quod a diuo Petro completum eſſe le=
gimus, qui ſingulis noctibus ſurgens eadem hora qua magiſtrum
CHRISTVM negauerat, tantum pœnitentiæ ueriq; doloris
aſſumpſit: ut ex largo defluxu lachrymarum appareret facies eius
exiccata, combuſta, detrita, et tanq̃ in canales quaſdam excauata.

Proinde non iniuria cum propheta Petrus dicere potuit Laboraui in gemitu meo, laboraui per singulas noctes. Faciamus et nos ut unusquisq; nostrum uere dicere possit, laboraui in gemitu meo. Nam si uerum est quod dixerat de beato Petro Clemens in itinerario suo scilicet eum quotiescunq; negationis illius (quæ numero tantum terna fuit) ueniret in mentem: tam alta suspiria solitum ducere, tantumq; fletũ emittere, ut lacbrymæ decurrentes, genas eius sulcauerint: quid a nobis miserrimis est faciẽdum, qui deum frequẽter offendimus et sæpissime negamus? Non est non est arbitrandum peccatorum ablutionem, lotionis panniculorũ quibus olle patineq; terguntur instar habere. Hi utcunq; lauantur, et lot i proijciuntur: Animæ uero conuersio non item est deponenda, sed cõtinue seruanda, magisq; ac magis indies adaugẽda. Num te iam dispuderet si animæ cura pre panniculo non emineret? Ideoq; Dauid ut nostri nos admoneat officij, ut fletu peccatum uetus abolere doceat quoties in memoriam uenerit: non immerito dicit Laboraui in gemitu meo. Laboraui quidem et laborabo. Lauabo nanq; per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo. Nec abs re per noctes ait se loturum. Sed quare sic dicit ob secro? Nimirum ut excludat hypochrisim, per quam opera quelibet alioqui ualde bona liquescunt in auras. Qua laborantes pharisei flebant et orabant palam pectora tundentes per diem. Complures etiam alij publice uagantes aut sedentes in angulis platearũ eleemosynas, orationes, et ieiunia peragebant, ut uiderẽtur ab hominibus. Quo uanitatis et gloriæ desyderio, merita lachrimarum, orationum, et eleemosynarum perdiderunt: quum ueritas dixerit in eos et asseruerit Amen dico uobis Receperũt mercedem. Quo significat per mercedis temporalis desyderiũ, æternam amissuros. Tu igitur uere pœnitens, qui modum orandi iam habes, qui prophetam orasse per noctem audis: cur non per noctem ipsæ simul oras? Quid non lachrimaris iturus ad lectum? Quare non procumbis ad lecti pedes? Cur non prouolutus in orationem et gemitum corruis? uel si mauis, in lecto depræcare. Clauso hostio supplica.

Labor ueri pœnitentis.

Non imitandi Pharisei qui flebãt et cætera in publico faciebant bona.

Math. 6.

KK.

Ora dominũ

Ora dominum in abſcondito, ſit eleemoſyna tua in abſcondito, ue
lis a patre ſolū uideri qui eſt in abſcondito Et ipſæ qui uidet in ab= , Math. 6.
ſcondito reddet tibi. Dic itaq; cum propheta Lauabo per ſingu= ,
las noctes lectum meum. Lecti nomine ſignificatur et exprimitur ,
delectatio carnalis, qua animus eger obrutus, fœdis ſe peccatis imer=
git. Hanc lauat qui caput peccati ſeu principalem ſuggeſtionem
amputat. Nam qui cupiens eſt uirtutis, facile liberatur a uitio. Le=
ctus hic etiam pro conſcientia non abſurde ſumitur. Sicut enim le= Lectus aiæ
ctus ſano proſpereq; ualitudinis homini delectabilis ac ſuauis eſt, conſcientia.
laboranti uero et infirmo grauis habetur et faſtidioſus: ſic conſci=
entia bona bonis, malaq; malis exiſtit: bonis delectabilis et quieta,
malis anxia tormētoq; plena. Vnde quando propheta lectum per
ſingulas noctes ſe loturum affirmat: ſingula conſcientiæ peccata ꝑ
contritionem atq; confeſſionem ſe mundaturum intelligit. Sed tra ,
ctemus quod ſubdit Lachrymis ſtratum meum rigabo. Lectus (ut ,
præfati ſumus) delectatio et uoluptas peccati eſt, ſtratum uero cu= Intereſt in=
mulus peccatorum. Lauans igitur lectum, purgat delectationem terlectum et
iſtam carnalem, rigans ſtratum, ploratu et lachrymis emūdat acer= ſtratum.
uum peccatorum et cumulum. Quod in aqua diu ponitur, madeſ=
cit: quod leuiter undis attingitur, perluitur. Quod ſordibus infi=
citur id lauatur, quod areſcit irrigatur. Sic anima quam infecit de=
lectatio lauanda, quam multitudo peccatorum per conſuetudinem
areſecit: irriganda eſt. Ideo propheta dicens Lauabo per ſingulas ,
noctes lectum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo, delectatio= ,
nem omnem et occaſionem peccandi ſe deſerturum, omnemq; pec=
catorum multitudinem flendo deleturum affirmat. Et ut ad uoca= Rigare et la
bulorum ꝓprietatem deueniam, maius quiddam ſignificat rigare uare quomo
q̄ lauare. Nam lauatur cuius uel ſuperficies attingitur aqua: non do differant
rigatur niſi cuius interiora madeſcunt. Quare comparatur attritio
lotioni: contritio uero rigationi. Quoniam eſt attritio mediocre Attritio.
et leue grauamen admiſſi: contritio diſplicentia maior, immo tan= Contritio.
ta quæ ſufficientem dolorem iniiciat, et fletum ſæpe prouocet, quæ
lachrymas primum intus concipi, deinde nonnunq̄ foras erūpere

 faciat.

Augu. , faciat. Grauiora nanq; peccata grauioribus lamentis eradenda sũt,
Psal.79. , Sicut alibi scribitur in psalmo Potum dabis nobis in lachrymis, in
Expo. , mensura. Per quam mensuram significatur idem modus penitudi=
Deut.25. , nis et pœnæ futurus: qui fuit malitiæ peccatiq; cõmissi Pro mensu=
ra delicti erit plagarum modus. Tot enim cõpunctionis lachrymas
pœnitens effundet, totidem trahet suspiria, quoties se peccasse, tor=
mentaq; meritum esse rescisscit: ita ut lachrymarum effusio cõtritioq;
Virtus lacrymarum. cordis peccatorum multitudini plenæ respondeant. At ut uobis la=
tius ostendamus quantum conducunt et in rem christianorum sint
istę lachrymarum effusiones: adducemus in medium aliquot nostrę
Math.26. , religionis exempla. Diuus ille Petrus ingratitudinis aduersus ma=
gistrum et creatorem suum reus, quum prophane deierasset se ho=
minem non cognouisse: nunquid lachrymando ueniam promeruit
Luce.7. , et gratiam inuenit? Maria Magdalena famosa peccatrix, an non ue=
Math.9. , niã per lachrymas obtinuit? Quid Martham huc inferam? Nonne
Ioan.11. , lachrymis suis illa sanatur? Nunquid huius et sororis lachrymosis
Math.15. , præcibus Lazarus a morte ad uitam reuocatũ? Nunquid Chananea
4.Re.20. , pro filiæ salute supplicans cum lachrymis exauditũ? Nunquid Eze=
chias a letali morbo liberatus lachrymis pristinã recepit sanitatem?
Bernar. , Et ut quæ restant paucis absoluam: nemo flens unq̃ ad deum accessit
, qui non impetrauit quod postulauit. Laues ergo lectum tuum, laua
conscientiam Et stratum tuum riga, cumulum peccatorum ploratu,
singultu, suspirijs, lamentis et lachrymis humecta: quo facilius ab=
soluãtur. Nec enim facies hæc abs re, quum sit aut debeat esse tibi
Bernar. , pro comperto, q̄ (sicuti affirmat Bernardus) neq; mundus dilu=
, uio perijsset, si ad lachrymas confugisset. Sciens id propheta, currit
ad hanc efficacem pœnitentiam, soluit oculos in lachrymas, et sic
Vers.7. fatur lachrymans TVRBATVS EST A FVRORE
LL. oculus meus, inueteraui inter omnes inimicos meos. Quibus uer=
bis dolorem e peccato conceptum, et cõmissi detestationem indi=
cat. Oculus (inquit) meus turbatus est a furore meo. De oculo tam
mentis interno, q̃ corporis externo sentit. Corporalis turbatur a fu
rore, turbatur ob iram illam et displicentiam (ut aiunt) interiorem,

quæ suscipiũ

quę suscipitur aduersus peccatum et scelus admissum, adeo nõnunq̃ ut doloris et perturbationis indices crebras lachrymas (uti diximus) effudat, Ait igitur oculum sibi turbari. Nec id præterea absq; magna grauiq; ratione: quando secundum philosophum Affectus et ꝑturbatio mansuetudinis aut ire, gratiæ uel offensę, doloris atq; gaudij, cõmodi uel incõmodi, desperationis ac solacij, facillime relucet in uultu, et in oculis potissimum exprimitur, Non enim motus animi, uel affectus hominis, corporis ue dispositio consyderatur ex alijs itidem partibus. Non ex manu, non ex pectore, non ex tergo uel quouis alio loco: sed tantum facie uel oculis internoscitur: quum illinc uelut radij quidam iocunditatis ac meroris, illinc indicia cunctarum affectionum emicent. Nam illic habetur nodus et ligamentum, cathena cõfederatioq; quinq; sensuum insimul, nusq̃ alibi totius corporis. Quapropter ingenium, indoles, omnis tam animi q̃ corporis habilitas, omnes affectiones inde colliguntur. Ideo propheta subinfert Turbatus est a furore oculus meus. Turbatus est ex diuturnitate meroris, turbatus est longa mora ploratus et eiulatus, ex continuatione singultus et angoris. Nec hoc arroganter infit ut se iactet, ut uirtutem aut benefacta prædicet: uerum ut in sese mirabilia dei opera manifestet, q; e tanto peccatore tam subito tam uerum et ꝑfectum penitentem effecerit, utq; promptissimam dei gratiam uolentibus inuocare declaret. Quid est enim mirabilius q̃ ut seuus et impurus peccator, fiat illico mansuetissimus et purissimus agnus pœnitentiæ? q̃ repẽtina demutatio, ut qui fuerat hodie sceleratissimus, hodie quoq; pœnitendo fiat innocens? ut qui fuerat hodie paratissimus ad peccata perpetranda, sit etiam hodie promptissimus ad eadem declaranda? Subitas huiuscemodi mutationes horret natura. Horrebat itaq; tumultuarium hoc prophetæ factum, hanc repentinam uitę cõmutationem: q; inde graue sibi periculum impendebat: Sed parum curabat ipsę propheta naturę iacturam facere, ut animæ lucrũ inueniret: docẽs eo facto peccatorẽ peccatis illico semꝑ aduersari debere, semper irasci, sicut alibi planius admonet Irascimini et nolite peccare. Vos inquit peccatores, uos canes atq; porci (nam uita uestra tales arguit)

Phũs. Affectiones maxime relucent i uultu.

Turbatur oculus ex peccato.

Phũs.

Psal. 4.

Expo.

Peccatꝫ irascendum. les arguit) Arguit in uobis esse corda canum, et porcorum pulmones atq; iecora, ut qui more canũ cadauera morticinaq; uoratis, porcorum in morem in ceno uolutamini: qui (quod sentio) spurcissimis et sordidissimis operibus, carnalibus ubiq; desyderijs inuoluimini: Vos inq̃ irascimini Irascimini uobis ipsis, pia flãma pectoris in peccata subsiliat, irascimini detestãtes caninam et porcinam, immo demoniacam atq; pessimam uitæ uestrę cõsuetudinem. Irascimini, poenitentiam agentes peccatorum, plangite cõmissa et nolite denuo cõmittere, nolite posthac uitiosam uitam iterare. Fuit ista cõmendabilis ira cum primis in propheta nostro, quem quidam scribunt et affirmant tantum concepisse grauamen ex peccatis tantoq; dolore affectum fuisse, ut pre copia lachrymarum et lamentorum abundantia acies oculi caligaret. Oculus enim eius adeo conturbatus, ea procella doloris exceptus, tam longinquo merore quasi cõmadefactus est, ut e sua specie claritateq; reciderent: ut lippiens, hebefactus, pruriens, stillans, puncturis creber, aciem prope perderet. Et quum unaqueuis passio ire potissimum in facie cernatur atq; oculis (ut prędiximus) propheta conuenienter infert Turbatus est a furore oculus meus Oculus corporalis. Et non immerito turbať oculus iste. Nam corporales oculi nostri sunt tota luxuria nostra, sunt tota ruina nostra, sunt omnis occasio peccati; quũ nihil sit i intellectu, quin prius fuerit sub sensu, quum q; nostra omnis cognitio habeat ortum a sensu

Phũs Et nil amatum, nihil utcunq; concupitum nisi cognitum. Qua lege iubemur et necessario compellimur omnes sensus coercere, frenoq;

Iere. modestię refrenare, sed oculos potissimũ. Mors intrat per fenestras

Expo. ut Ieremias ait. Fur enim intrat per fenestras in domos nostras, et mors spiritualis furtiuo more per sensus intrat animas nostras. Quo

Colľ.3. circa consulit apostolus Mortificate membra uestra quæ sunt super terram. Organa sensuum membra corporis sunt, sensus autem mortificandi sunt, qui quum sint quinq;: pręcessit in horum figura quod

Iosue.10. Iosue perfecit, affigens quinq; reges cruci. Quia reges corporis humani quinq; sensus sunt, qui cruci mortificationis omnino submittẽdi sunt Precipue tamen debet fieri circum oculos animaduersio.

Nam quanto

Nam quāto nobilius membrum eſt et uiuacior ſenſus, ut qui plures
rerum differentias apprehendit: tanto magis obeſt, ſi non ratione
regatur. An non oculus grauiſſimi peccati præbuit occaſionem pro=
phetę noſtro? Solus oculus tantæ malitiæ tantiq; ſceleris author erat.
Legimus enim eū dum ambularet in ſolario uidiſſe mulierem ex ad=
uerſo lauantem ſe. Cuius forma deceptus, cuius amore captus, ar= 2.Reg.11.
dore correptus, fœdo letaliq; cōcupiſcentiæ uulnere percuſſus ſub=
ductam ad ſe lateri ſuo iunxit, iunctam ſeruauit, et uirum doloſe per=
fideq; curauit interficiendum. Sic impietas impietatem peperit, ſce=
lus e ſcelere proceſſit, homicidium ex adulterio. Quod ſane totum MM.
oculi peruerſitas effecit: ſicut alius propheta proteſſus eſt Oculus Treñ.3.
meus depredatus eſt animam meam. Oculus meus effregit fores et Expo.
animi conclaue diripuit, oculus meus erarium domini, gazophilatiū Oculus cau=
CHRISTI ſpoliauit, et præcioſiſſimum dei theſaurum abſtulit. ſa oīs mali.
Quiſquis es homo, uel poſſides uel certe poſſideres hunc CHRI=
STI theſaurum, poſſideres ſub firma cuſtodia. Theſaurus enim
eius eſt innocentia, caſtitas, obedientia, humilitas, fides, ſpes, cha=
ritas, et reliquę uirtutes ac dei munera, quibus ueluti gemmis et di=
tiſſimis ac præcioſiſſimis inſignibus ornatur anima. Verum quum
tu negligens cuſtos eſſe ceperis, patefactis domus animæ tuæ fori=
bus et feneſtris, intromiſſi latrones ſpoliant te bonis iſtis. Aperiunt
oculi, aures, nares, palatum, corpus. Oculi ad inanes rerum formas,
ad illecebras, nugas, ineptias, ad omnem uanitatem: aures ſonis in
utilibus, uocibus impuris, fabulis anilibus, turpiloquijs, dicterijs,
ſcōmatis, ſcurrilitatibus, maledictis, et obloquijs: nares gratioribus
odoramentis, palatum delicijs exquiſitioribus, corpus oblectamen=
tis omnifarijs. Hæc ſunt irritamenta malorum, hee rime, hee fene=
ſtræ, hee fores per quas dyabolus nequiſſimus hoſtis intrat animæ
clauſtra, carnalis concupiſcentia penetrat, et mundana uanitas ag=
greditur. Tu igitur qui præficeris erario dominico, tu qui cuſtos es Erarius xpi
præcioſiſſimi theſauri CHRISTI, num arbitraris te non reddi= homo.
turum eſſe rationem acceptorum a domino? Nunquid patrifamilias
de theſauro quem apud te depoſuit reſpondebis? Reliquit ille cum

cæteris diuicijs præciosos apud te lapides. Non minimi lapidis (mihi crede) iacturam feret: cuius non ualorem a te rependendum exiget. Si perdideris eximium uirginitatis si castitatis adamantem, si chrysolitum charitatis, obedientiæ saphyrum, theogolythum temperantiæ, si fidei, si spei smaragdum, si uirtutis ullius gēmam: exigetur a te ratio districtissima, recta dederis in ergastulum, ibisq; præceps in firmam custodiam ligatis manibus atq; pedibus quousq; rectior ac plenior apud te ratio subducatur. Huiuscemodi negligentibus erarij custodibus atq; thesaurarijs, scriptura sic iterminatur Iu-

Math.5. dex tradet eos ministro, minister in carcerem mittet: Amen dico uobis Non exibunt donec reddant nouissimū quadrantem. Sed qualis ista redditio est, et quomodo fieri potest? Certe talis est ut nisi pֽsenti uita thesaurum deperditum recuperaueris, per recognitionem et confessionem proprij peccati: deueniendum in locum ubi nulla redemptio est. Sanum itaq; consilium, ut redhibeas quod amissū est: sed multo sanius ut nunq̄ amittas. Quapropter utere hoc sanissimo cōsilio Claude fenestras oculorum, obde hostium pessulo. Sic claudas ut nulla arte, nullis machinis dyabolus aut per eum cōcupiscen-

Psal. tia penetret. Auerte oculos tuos ne uideāt uanitatem. Oculus enim superbiam, et e superbia carnis concupiscentiam ac reliquum scelus

Gene.34. excitat. Id Dina filia Lye doceat Egressa est ad urbem Sychimorum, ut uideret mulieres regionis illius, Egressa est culta comptaq;, ut uideret simul ac uideretur. Quam quum uidisset Sychem filius regis Emor adamauit eam, rapuit et dormiuit cum ea ui opprimens uirginem. Filij Iacob seuiūt ob stuprum sororis: Symeon et Leui fratres Dyne cum gladijs cōfidenter ingressi (masculis omnibus interfectis) Emor et Sychem pariter necauerunt: cæteri filij Iacob depopulati sunt urbem, turbatur Iacob et se cum domo delēdum formidat. Vides quid unius puellæ petulantia, quid petulcus et impudicus oculus effecerit. Superbia foras uisendam emittit, uisa stupri causam inijcit, indignatio stupri iram, inuidiam, bellum ciet et ingens homicidium, præbet domestice confusionis occasionem. Tot unius ocelli tantilla uoluptas incommoda fecit. Q; autem huiuscemodi

Insolens Dyna amisit uirginitatē.

superbia

supetbia promanare soleat ex oculorum concupiscētia, manifesto in= ditio est ista solicitudo quam de uestibus interdum ac ornamētis ha= bes. Ornari cupis tantū ut uidearis, Quod si neges: inde liquebit, Dum prodis in publicū ac mediam multitudinem, ornatum te splen dideq; uestitum exhibes: sed postq̄ ad cubiculum tuum reuentu est, statim uestes ille deponuntur. Dolet te tam diu gestasse togam, quę grauauit et onerauit humeros. Qz si non esset ut notabilis ac conspi= cuus appareres, non ornamētis istiusmodi libentius in populi cōspe= ctu, q̄ domi uel in cubiculo quidem utereris. Oculus ad iram insuper inducit, ut ibi uidere est Vidētes quę fiebāt cōtristati sunt ualde. Ad inuidiam quoq; prouocat. Quod illa demonstrat authoritas Vide bis emulum tuum in omnibus prosperis et deficient oculi tui: defi= cient inq̄ inuidia. Ponamus ante oculos Iosephum et fratres eius: quem pater pre cunctis filijs diligebat, fratres autem oderant. Non= ne quum uidissent eum uenientem a longe, cogitabant occidere eum dicentes Ecce somniator uenit, uenite occidamus eum? Quem ni= si grauatim aspicere potuerunt, occidere uolebant, sed deus liberauit insontem. Pigritiem etiam immittit. Videns enim piger intempe= riem aeris non uult exire ad agrum, sentiens auram inamenam, aspe= ram, amarulētam, pluuiosam, tonitru seu fulgure grauescentem, uel estu uel frigore molestam, niuosam aut glatialem, uentosam, quo= modocunq; ꝓcellosam: omni modo deuitat egressum. Sed qui ob= seruat uentum (sapiens inquit) non seminat, et qui consyderat nubes nunq̄ metet. Refer hoc ad animum tuum, refer ad animæ salutem o piger impijssime. Vides aeris ingratitudinem, uides aiæ peccatricis intēperiem et dū diuinam tibi polliceris indulgentiā, in peccato dor= mitas et ais Deus hanc leuem noxam facile codonabit. Præsumens ueniam incidis in ruinam, incidis in desidiam: cessas agere pœniten= tiam, cessas orare, cessas ullo modo benefacere. Confitēdum quod impie perpetrasti, templum adeundum, sacerdos consulendus, orā= dus deus ut parcat. Qz si tu cubans in lecto uideris aerem ingra= tum, si pluuiam imminentem, si nimbos instantes audias, statim ra= pis i excusationem: causaris nimis pluuiosum aut ingratum esse cœ=

lum, iter

Oculus ad septē capita lia trahit.

Math.18.

1.Reg.2.

Gene.37.

Eccle.11.

lum, iter esse lutulentum, ac ita subdito puluimari te uoluens atq; reuoluens, iterum atq; iterum indormiscis Quid faciemus (inquiens) si surgamus? Hæc aura nihil facere permittit. O piger et ignaue, quid tibi uolunt hæc ineptissima uerba, quid hęc nugamẽta? Nullius põderis ista sunt, inanis inanis est hæc excusatio. Esto nolis ecclesiam adire (nihil autem omnino prohiberet ut quod debes deo præstares) nihil igitur habes quod agas? An non præbet orbis ipsæ mille rerum usus, mille occupationũ genera demõstrat? Si non sit quod præterea facias, cur non præculas manu frequẽtas? quare non deo præcibus inseruis? Nonne præcatio dominica, nũquid orationes aliæ eiusdem ponderis sunt in tempore pluuioso cu

Ephe. 5. ius sunt in sereno? Surge qui dormis, exurge a mortuis, et illuminabit te CHRISTVS, Surge mane multam accepturus gratiam et solatium spirituale. Nocte pariter atq; die propter quod instituuntur, utere. Verum tu trãsuersis uicibus agis, noctem uertens in diem, et diem in noctem. De te tuiq; similibus Iob ibi queritur

Iob. 17. Noctem uerterunt in diem. Qui tales sunt, subuertunt dei opera. Quando nox ordinatur ad uigilias in orationibus, in contemplationibus insumendas, ad studia dinina. Ordinatur etiam ad sufficientem requiem corporis, ne uirtus eius continuis dierum atq; noctium uigilijs et laboribus exhausta fatisceret: Dies uero homini conceditur ad laborandum, ad opera quæq; bona perficienda, ad uescendum panibus in sudore uultus. Quapropter unusquisq;

1. Cor. 7. in ea uocatiõe qua uocatus est ambulet, et in ea sese arte quã discendo pernouit, exerceat. Presbyter nũc orationibus, nunc studijs, aliquando contemplationibus insistat: sæpe prædicet et errãti consulat, tempore quæq; suo sacramenta ministret. Princeps et regni primates in iustitia reddenda, malorum animauersione, bonorum adiumento, in uiduarum, pupillorum et orphanorum patrocinio, dies et horas insumant. Plebs operi diurno sua membra sũmittat. Ita sua cuiusq; est uiuere in uocatione et arte sua. Paulus

(Ambulãdum cuiq; secũdũ uocationem)

Ephe. 4. enim ait Obsecro uos ut digne ambuletis in uocatione qua uocati

Expo. estis. Vos uult ambulare non dormire, non choreas ducere, non

obsonari,

obſonari, non cartis aut talis uel alioqui ludere, non tempus inaniter
abſumere. Sed obſecro (inquit) ut ābuletis, ut digne ambuletis. Di-
gnum eſt ut ſicut CHRISTVS ambulauit, ſic et uos ambule-
tis: dignum eſt ut ambuletis procedēdo de uirtute in uirtutem. Hæc
eſt uocatio qua uocati eſtis. Sic enim uocati eſtis ad fidem catholi-
cam, quæ uitam requirit ydoneam atq; ſanctam. Iſta fides et iſta ui-
ta eſt iter rectum et certa ſemita, qua ſemper oculi noſtri tenduntur
ad deum. Non enim frangitur, non differtur aut diuiditur ullis oc-
cupationibus uel negocijs, ſed uno ſemper modo fertur in deū. Non
eſt iter turbulentum, non marcidum, non periculoſum, non præ-
ceps, non iacens: ſed rectum, ſed gratum et amenum. Verū regredi-
amur. Oculus gulam irritat, Experientia monſtrat id ab inijtio. Vi- , Gene. 3.
dit enim mulier lignum quod eſſet bonum ad ueſcendum et pulchrū
uiſu, et comedit, dedit uiro et ipſe uidit et comedit. Vnde lapſus hu-
mani generis euenit, et lapſū mors ſequebat̃. Habēdi quoq; cupidi-
tatem, rapinam, et illiberalitatem oculus incitat. Nec dyabolus id ig
norauit, qui CHRISTO demonſtrauit omnia regna mundi di-
cens Hæc omnia tibi dabo ſi cadens adoraueris me. Nouit hominū , Math. 4.
oculos ſic ineſcari poſſe: ſed eum qui fuit deus et homo, non potuiſ-
ſe capi tunc ignorauit. Quid ultra de oculis dicemus? Vrget oculus
ad luxuriam, oculus carnem inflammat. Nam (quod optime Ioan-
nes intellexit) Omne quod eſt in mundo aut eſt oculorum concu-
piſcentia, concupiſcentia carnis, aut ſuperbia uitæ. Concupiſcentia
carnis ex oculis primo naſcitur. Si dubites, quedam ueterum exem-
plorum ad memoriam reuocabo. Quid præter aſpectum Sychem , Gene. 34.
ad amorem Dyne prouocauit? Quid Holofernem niſi uiſa Iudith , Iudith. 10.
inflāmauit? Quid præter intuitum Suſannæ, libidinem ſenioribus , Dani. 13.
excitauit? Quid oculos Sampſoni præſtrinxit? nunquid alioqui for , Iudicū. 16.
tiſſimum et inuincibilem una Dalida ſuperauit? Quid Dauidis inte- , 2. Reg. 11.
gritatem attentauit et nomen infecit? nonneq; Barſabee conſpectus
eum in ſui deſyderium adegit? Quid Salomonis ſapientiam atq; fa- , 3. Reg. 11.
mam niſi frequens mulierum aſpectus obtenebrauit? Vt finiam:
Oculi plane noſtri (quod ante diximus) ſunt tota noſtra luxuria.

Oh oculos

Oh oculos oculos: ueh oculis immūdis. Quod attendens ꝓpheta, sciens ex se, sciens ex alijs, omnia peccata, cuncta sua scelera per oculos emanare: de oculis quoq; sumptum supplitium innuit Turbatus est a furore oculus meus. Oculus erat occasio mali, oculus concupiscebat, ad libidinem illexit, uulnerabat oculus, delectabatur, oculus consensum et peccatum induxit: et ideo hic punietur oculus, hic

Sapien. 11. „ lachrymabitur, hic lugebit quando scribitur Per quæ quis peccat,

„ per hæc et torquebitur. Quod si non iam fletu, luctu, lamentis, lachrymis punirentur oculi, reseruarentur in inferno puniendi: turbarent̃ et flerent sine fine, flerēt ubi flent aīæ dānate, ubi flent sine fine, flent sine fine (quod etiam ecclı̃a testat̃) et clamātes ac ululantes eiulant Ve ue ue, quantę sunt tenebre? Tunc non solū corporis oculus turbabitur ob peccatum, sed et oculus animæ seu spiritus. Quare tam corporis q̃ spiritus oculus in propheta turbatus est hic, ut īmensam ibi perturbationem euaderet. Vt autem corporis oculi sūt duo, sic animæ quoq; duo sunt Corporei corporis, et animę spirituales extant. Spirituales hij, sunt intellectus ac affectus. Quorum affectus dexter oculus est. Nam cogitationi quidem intellectus, amori uel appetitioni seruit affectus. Turbatus erat oculus iste Dauidis, ut qui læsum in sese sensit amorem, sensit appetentiam non recte collocatam. Nam perpendens immensa dei dona, summam erga se beneficentiam, quemadmodum ineffabili dei bonitate productus in mundū, educatus, gubernatus, et ad honores amplos euectus: qualiter abs ætate tenera sacratissima CHRISTI fide, sacratissimo dei cultu inijciaretur: qualiter indueretur spe, charitate, cæterisq; uirtutibus et donis dei: qualiter ipsius armis munitus et protectus, qualiter in iuuēta ualuerit, floruerit et excelluerit: quomodo leonem, ursum, Goliad gigantem solius ope dei superauerit, et superatū interfecerit, adeo ut spem alterius uictoriæ ex altera colligeret inquiens

Oculus duplex, corporiſ et aīæ.

Recēset Dauid bn̄ficia dei in se collata, dānans ingratitudinem suam.

1. Reg. 17. „ Dominus qui eripuit me de ore leonis et de manu ursi, ipsæ liberabit me de manu Philistei huius: qualiter etiam ipsę natu minimus inter fratres, in regem tamen esset unctus, quemadmodum regali cum splendore rem fœliciter administraret: ediuerso considerans nequissimam suam

ſimam ſuam ingratitudinem erga deum, ꝙ diuinæ legis et pręcepto=
rum negligens peccaſſet cum Berſabea, ꝙ ꝗ falſo nimis et iniuſte uir
impius ut fœdiſſimam adimpleret uoluptatem ſuam cum ipſa muli=
ere Vriam maritum eius et ſtrenuiſſimum ac fideliſſimum ſibi militē
per fraudem interfici feciſſet: perculſus eſt animo, tremuit, et turba=
tus eſt in furore oculus eius. Nec horum memoria tantum ita per=
culit, ſed et ubi ſubibat animū, quomodo populum ſuum impie nu=
meraſſet: ſacrificium domino ſecundum legis mandatum non offe=
rens, iuxta quod ſcribitur Quando tuleris ſummam filiorum Iſrael, , Exodi.30
dabunt ſinguli præcium pro animabus ſuis domino, et non erit pla= ,
ga in eis: obſtupuit, indoluit, ad lachymas uſqꝫ prorupit, manui dei
ſe ſubmiſit. Quapropter dixit dominus per Gad ꝓphetam ad eum OO.
Trium tibi datur optio, elige quoduis ex tribus Aut ſeptem annis , 2.Reg.24.
ueniet fames in terra tua, aut tribus menſibus fugies aduerſarios
tuos et illi te perſequentur, aut tribus diebus peſtilentia erit in terra
tua. Optime deus, o mirabilis deus, qualis iſta ſors, qualis electio
fuit? ꝙ̄ dura conditio qua neceſſum eſt eligere famem, gladium, aut
peſtem? Elegit ipſæ peſtilentiam Melius eſt inquiens ut incidam
in manus domini, ꝙ̄ in manus hominum, Nam multæ ſunt miſeri=
cordiæ eius. Et miſit dominus peſtilētiam in Iſrael, et ceciderunt de
Iſrael ſeptuaginta millia uirorum a mane primi diei uſqꝫ ad horam il=
lam ueſpertinam. Vbi capita tantum plebis ac ſeniorum numerata
ſunt (ut gloſa ordinaria affirmat) Reſiduus autē populus interſecto=
rū (ut affirmant hebrei) fuit innumerus, atqꝫ ſic ceſſatū eſt dicēte do=
mino ad angelum ſufficit, nunc cōtine manū tuam. Duo nanqꝫ dies
ultimi peſtis infligende fuerunt tantum per cōminationem: et pri=
mus per modum ſententiæ diffinitiuæ. Leuans autem oculos ſuos
Dauid uidit angelum ſtantem inter cœlum et terram habentem eua=
ginatum gladium in manu contra Iſrael: et cadens in terram altero
uidit oculo, oculo cognitionis aut intellectus perſpexit, perſpexit et
agnouit proprium peccatum: propter quod undiqꝫ ceciderat ita po=
pulus, et clamauit ad deum Ego ſum qui peccaui, iſti oues ſunt, qd , Ibidem,
fecerunt? Ego peccaui, ego inique egi, ego occaſio huius plagæ, to= , Expo,

tius origo mali, causa uindictæ. Ego sum qui scelus hoc perpetraui: ego adulterium commisi, sanguinem innoxium effudi, populum citra sacrificium numeraui. Scio q̄ grauis sit iniquitas mea, q̄ multiplex, q̄ magna, q̄ pernitiosa, Iniquitatem meam ego cognosco, et peccatum contra me est semper. Impietatem non ignoro, non abscōdo, sed ante oculos meos sisto, sed examino, sed pondero, sed probo sicut aurum aut argentum in fornace. Non audeo qui nec dignus sum oculos meos ad cœlum leuare, sed perhorrescens ingemisco, cōtremisco. Nil mihi tribuo, de iustitia non præsumo, sed misericordiam imploro. Videtis non uenisse prophetam tanq̄ Phariseum se suaq; laudantem opera, facinoraq; perperam excusantem: sed more Publicani peccata confitentem, humillime se deijciētem, solaq; misericordia fretum. Ego sum (inquit) qui peccaui Deus propitius esto mihi peccatori. Saluum fac populum tuum et benedic hæreditati tue. Reuoca gladium, reuoca manum a populo, uertatur obsecro manus tua contra me et contra domum patris mei, Satius est ut me punias, ut in domum meam, in familiam meam animaduertas, q̄ totum populum hac peste deuores. Parce domine, parce populo tuo, parce multitudini. Illi non peccauerunt sed ego peccaui. Quare me castiges ut illi sint impunes. O mansuetudinem, o clemētiam, o miram humilitatem istius regis, regis electi a deo. Quanta equidē humilitas erat in hoc homine, q̄ admiranda bonitas, q̄ excellens humanitas in hoc mitissimo rege: qui parci populo, seq; tantū atq; suos uoluit affligi. Sed non est oblitus se cōmeruisse. O quantus dolor, quantus tremor, quantus pauor propter quod cōmeruit illum incessebat? Ille tremebat, horrescebat, sese prosternēs humi procubuit, cœli ueritus aspectum oculos defixit in terram, omni modo se humilians diuinam misericordiam inuocauit, Supplicabat ut populo parceret, se puniret, ut seruaret multos, unum se percuteret Ego sum (inquiens), ille ego qui peccaui, isti oues sunt et quid fecerunt? Cum hijs et huiuscemodi se dictis humiliasset: placatus est deus holocaustis pacificis ubi fuit angelus iuxta aream areuna Iebusei. Venit eni Gad propheta ad eum dicens, Ascende et constitue domino altare

Psal. 50. — Psal. 27. — 2. Reg. 24. — Humilis oratio Dauid p̄ pp̄lo se correctioni subijcientis.

in area areuna Iebusei. Ipsæ iuxta sermonem Gad obtulit holocausta et pacifica, dedit oblationes pro pace inuocans dominū et exaudiuit eum in igne de cœlo sup altare holocausti Et propitiatus est dominus terræ, exaudiuit depræcationem eius et acceptauit holocausta. In cuius signum ignis descendens e cœlo supra sacrificium consumpsit illud: sicut in Abelis et Heliç sacrificijs ante contigit. Nam ista descensio ignis super sacrificium, manifestum erat signum diuinę acceptationis. Vnde misertus dominus super afflictionem populi, dixit angelo percutienti sufficit, nunc contine manum tuam Et cessauit ac cohibita est plaga ab Israel. Area quidem areuna Iebusei gentiū ecclesiam designat, in qua tu qui rex es, qui magnus ac præpotens es dominus, qui populum, qui potētiam, possessiones et diuitias enumeras: nisi deo sacrificiū offeras: iacturam oīno facies, patiere detrimentū, punieris uel in pplo, uel in agris, pecoribus aut rebus, ut taceam quanto maior iactura sit animæ q̄ corporis. Sed quale holocaustum uult deus, quale sacrificium acceptat? Pro teipso quale sacrificium offerendum, prolixe satis superiori die a nobis est ostensum Nempe sacrificium illud est cor contritum ac humiliatum. Nunc uero quale sacrificium exigat deus pro populo, pro pecoribus atq; possessionibus tuis: audias illum alibi loquentem per pphetam, Sacrificium laudis honorificabit me. Nisi cū Iob manus expandas, et des laudem deo dicens Dominus dedit, sit nomen eius benedictū: nisi dicas ago gratias deo qui omnia dedit: puniet te deus, aut in populo, aut in agro, in pecore, fructibus, diuicijs: uindictam inferet tame, gladio, bello uel peste. Caue, caue manū domini, quia manus eius graues sunt. Volente deo magna uis in manu hominis, nedum in ipsius dei manu. Legimus enim quomodo Moyses dixit ad Iosue Elige tibi uiros et pugna contra Amelech Ego inquit stabo in uertice montis habens uirgam dei in manu. Fecit ita Iosue, obuiam ibat Amalech in campo. Moyses Aron et Hur ascenderunt collem, cunq; leuaret Moyses manus uicebat Israel, si autem paululum remisisset, superabat Amalech Manus autem Moysi graues erant. Nec mirū si graues essent quarum eleuatio sola deuicit hostes et fugauit. Sed

Marginalia: 1. Paral. 21. — Gene. 4. — 3. Reg. 18. — PP. — Psal. 49. — Iob. 1. — Manus dei graues. — Exodi. 17.

multo grauiores (ne dicam alio modo graues) manus dei sũt, de qui=
Psal. 31. bus ait propheta Grauata est super me manus tua. Quem uersum suo loco, in expositione sui psalmi uobis aperiam. Manus autem illa dicitur grauis, quæ uibrando magnum ictum incutit, manus uero dei quando uult magnum et grauissimum infligit Vnde quando talis esse sentitur, talis esse quoq; prædicatur. Manus iste domini graues erant super Sodomitas, graues aduersus Egyptios, graues in iudeos, qui nunc dispersi per orbem sedibus diuangatur incertis. Et quid de nobis arbitrabimur? In nos etiam manus suas graues sæpenumero deus exercet. Modo seuit in nos fame, nunc gladio nos urget, peste rursus affligit, propter peccata mille nos incõmodis afficit.
August. Nam propter peccata semper aduersa ueniunt (ait Augustinus). Et ut nunc rerum nostrarum ordinem penitius introspiciamus: nõne famem, nonne penuriam iam ipsi patimur? Patimur certe quotidianam annone charitatem. Sed cui referemus id acceptum? Non uni sed multis, sed omnibus quotquot auidiores sunt ad impinguanda pecora. Videte reges et principes, consyderate magnates ut populus perit ipsæ uobis niprospiciatis, nisi manus interponatis. Cernite uos impinguatores crassuli, cernite quid ista cupiditas uestra pariat. Vos in gramine pecoreq; delinquitis, et per gramen atq; pecus in uos deus animaduertit, Vos (hominibus cõtemptis) animantia sola pascitis, uos agros sationales, hominumq; uictui seruientes, in beluina latibula pascuaq; conuertitis. Vbi domus et habitacula uirorum, immo sacre fuerunt ædes: ibi iam pastus animalculorum. In pinguedinem, pinguedinem omnia uertuntur, in pinguidinem bestialem. Omnia trahuntnr ad macellum, carnificina uorat omnia, paucorum arce crumeneq; redundant, interim plebs ipsa diminuitur et disperit, respublica nutat, et cultus dei claudicat, crassities et uellera perquirũtur, panis egenorum haud curatur. Sed o iustissimam dei uindictam, Cnm hijs agit æquissimo iure, q̃ dignissimam hijs refert gratiam. Pratis enim et pascuis intẽperiem, tabem animalibus, hijs ipsis et filijs eorum subitariam ac continuam ferme pestem, omnibus famem et penuriam immittit: ut uel horridis hisce plagis multitudo se

Vindicta cupidis ipinguatoribus infligenda, et rei publice periculum.

titudo se delyra corrigat. Quid igitur hęc uestra solicitudo, quid a=
uaritia ꝓdest o corruptores seculi? Non latet deum non latet, utut
hoies latere poterit hęc uestra fraus, qua conamini sãguinẽ et succũ
pauperum absorbere, qua priuatum commodum publico prefertis,
Vtcunqꝫ uos deus in hac uita tolerabit, non erit (mihi credite) ut tã
graues peccatores dimittere uelit impunes Iuditia nanqꝫ dei ab= , Psal. 35.
byssus multa. Verũ una grãdis atqꝫ frequẽs causa ꝓpter quã grauẽ
dei manũ aliqñ sentimus, est peccatũ sacrilegij. Nam ꝓpter iniurias Sacrilegij uindicta.
istas et incõmoda quæ ecclesijs inferuntur et religiosis domibus, sę
pe grauitatem sue manus ostendit. Vnde misit pestem in Ierusalẽ
dicens Pro eo ꝙ sanctum meum uiolasti, tertia pars populi tui pe= , Ezech. 5.
ste morietur et fame consumetur, et tertia pars gladio cadet. Sacri ,
legio non multum absimilis est contẽptus uerbi dei, propter quem
infit apud Ieremiam dominus Mittam in eos gladium, famem, et , Iere. 5.
pestem: eo ꝙ non audierunt uerba mea, quę misi ad eos per seruos ,
meos, et prophetas Non audiunt qui non adimplent audita. ,
Prophetę uero serui dei sunt, ostendentes tibi mandata sua, scelera
tua, periculaqꝫ scelerum explanantes, et qui fructum quoqꝫ bono=
rum operum ac mercedem adaperiunt. Cæterum tu qui neqꝫ dis= QQ.
crimina formidas scelerum, neqꝫ cœleste præmium efficaciter expe=
ctas: contempto sermone prophetarum dei, securus inter peccata Ipsa dei lo=
cõquiescis. Atat caue, caue ne loquatur ipsæ tibi dominus Nimis cutio terri=
onerosum est uerbum eius, loquela importabilis. Terrorem sermo= bilis.
num eius illinc edisces Quãdo dominus ostendit Moysi sermones Exodi. 20.
suos et præcepta: populus qui nec ascendere montem, nec tangere
fines illius ex præcepto poterat, uidebat uoces, lampades, et soni=
tum, montemqꝫ fumigãtem, uidebat fulgura, uidebat nubem den=
sissimam, audiuit tonitrua et perterritus est: pauoreqꝫ concussi ste=
terunt procul, et retrocedentes eo ꝙ fragilitas humana loquentem
dominum sustinere non posset: dicebant Moysi Loquere tu nobis ,
et audiemus. Audientes erimus hijs quæ dicet tibi deus, obedie=
mus hijs tanq̃ dei uerbis Non loquatur nobis dominus ne forte , Exodi. 20.
moriamur. Non loquatur immediate, non ore proprio: sed inter= , Expo.

posita persona. Ita faciendum est nobis, audiendi nobis ꝓphetæ, serui, precones, doctores, concionatores domini nostri IESV CHRISTI. Facienda quæ dicũt, immo quæ dñs per eos inquit, quæ monent, quæ hortantur, implenda ne loquatur dñs ipse nobis in iudicio, ne dicat in iudicio ite, discedite, Ite maledicti, discedite

Esa.11. a me operarij iniquitatis. Tunc percuciet terram uirga oris sui. O q̃ terribilis est hæc sententia, certo tamen peccatoribus et non in

Esa.11. terea pœnitentibus expectanda. Tunc spiritu labiorum eius interficiet impium. Audi igitur et consydera uerbum dei, per seruos audiens adimple uoluntatem eius, ne quum loquatur ipsæ tibi: tu pereas. Sic multis modis ob peccata uaria, dei manus ingrauescit.

Exodi. 12. Sæpe quoq; pestem propter homicidiũ immittit. Nam quia Pharao iussit omnes masculos ex filijs Israel natos interfici: ideo simul omnia primogenita Egypti una nocte perierunt. Doctores autem asserunt plagam illam fuisse pestem. Ob alia peccata supplicium

Math. 24. aliud emerget, ut ibi fore significatur Surget gens contra gentem, et regnum aduersus regnum, et erunt pestilentiæ et fames per loca. Et tanta tamq; immania possunt esse peccata: ut impleri debeant il-

Ezech. 14. Expo. la tremenda dei uerba Si misero pestilentiam super terram, auferã ab ea hominem et iumentum. Et si Noe, Daniel, et Iob fuerint in medio eius: uiuo ego dicit dominus, quia filium et filiam non libe-

Oratio sctõrũ non prodest nisi bene viuẽtibus. rabunt, sed ipsi iustitia sua animas suas liberabunt. Videmus quomodo plebs nostra diminuitur, uidemus quemadmodum iumẽta tolluntur: et non uerebimur ab ista dei sententia? Caueamus oro terribilem hanc et grauissimam dei manum, fugiamus uitia, sectemur uirtutes, uiuamus in CHRISTO IESV, uolũtatem eius impleamus, et dei præceptis obsecundemus. Nam si (quod deus auertat) in peccatis nostris cõsuetis uixerimus, affligemur itidem, emoriemur. Et si (quemadmodum dominus ait) Noe, Daniel, et Iob, inter nos uiuerent orãtes et deprecantes pro nostra salute: non liberarent aut eximerent nos a manu dei nisi iustitia simul inueniretur in nobis. Simus ergo iusti, quum sola iustitia nostra nos a manu punientis dei uindicare posset. Noli cuiuis sanctorum

te sic ad-

te ſic addicere, ſic alicui confidere, noli ſic in aliquo ſperare: tanq̃
eius præcibus citra bonitatem ac ſanctitatem tuam ſeruari queas.
Niſi per honeſtatem uitæ, per iuſtitiam, per miſericordiam deo te
conformaueris: niſi ſanctorum quos colis uitam, niſi patientiam,
niſi uirtutes imiteris, ſpe tota fruſtraris. Nullus oĩno cultus ac=
ceptior eſt deo q̃ ſi ſanctus (ſicut ipſe ſanctus eſt) eſſe coneris, nul=
lus gratior eſt ſanctis, q̃ ſi uitam ipſorum tua uita exprimas, q̃ ſi ad
uirtutem illorum elaboraueris. Non eſt alius tibi certior aut ſalu=
brior, immo præter hunc nullus omnino præualet. Noe non libe= Gene.7.
rauit orbem orationibus ſuis a diluuio: ſed ipſæ ac ſeptem alij iuſti
ꝓpter ſuam ipſorum iuſtitiam ſeruati ſunt. Abraham non libera= Gene.18.
uit impias ciuitates in quibus non ſunt inuenti quinq; iuſti. Daniel Daniel.6.
non ſeruauit Ieruſalem a deſtructione, quia non inuenti ſunt iuſti
in ea. Iob non liberauit filios aut filias ſuas a morte, quos uentus Iob.1.
uehemens ſimul oppreſſit. Sed nec Loth ciuitates illas iniquas po
tuit ſaluas facere, quoniam in illis iniuſti omnes præter quatuor fu
erunt inuenti. Non uxorem a morte liberare poterat iniuſtam et Gene.19.
dei præceptis inobedientem. Vnde quod ibidem ſcribitur, in om= RR.
nes ueriſſime dici poteſt Ipſi iuſtitia ſua animas ſuas liberabunt. Ezech.14.
Et iuſtitia iuſti ſuper eum erit, et impietas impij ſuper eum. Sint
ſancti, ſint iuſti, immo ſint martyres et prophetæ qui pro te orent,
qui pro te intercedant: niſi manum appoſueris ipſæ, parũ inde cau=
ſa tua promouebit. Non abunde proderunt preces illę tibi. Quod
ſi non fuerit ante tibi perſuaſũ: audi quæ dicam, ſenſibus hæc imis
(res eſt non parua) reponas, ſedula mente reuoluas ſermocinatio=
nem illam domini contendentis ad euerſionem Sodomorum ac Go
morre, et Abrahami ueniam exorare uolentis. Stans Abraham co= Gene.18.
ram deo et appropinquans ait. Nunquid perdes iuſtum cum im= Colloquium
pio? Abſit a te ut hanc rem facias, Non eſt hoc tuum qui iudicas Abrahæ cum
omnem terram. Quid ſi inuenti fuerint quinquaginta iuſti in ciui deo pro libe
tate? Dixit dominus Si inuenero quinquaginta iuſtos in medio ci= randa ciui=
uitatis, dimittam omni loco propter eos. Reſpondit Abraham. tate.
Delebis ſi fuerint quadraginta quinq;? Non delebo dicit dominus.

Rurſus

Rursus Abraham. Quid si quadraginta fuerint? Non percutiam inquit dominus. Addit Abraham Ne quæso indigneris domine si loquar. Quid si triginta iusti fuerint? Non faciam ait ob triginta. Ad hæc Abraham Quid si inuenti fuerint uigiti? Et ꝑpter uiginti non percutiam dixit domiuus. Obsecro (inquit Abraham) Ne irascaris domine si loquar adhuc semel. Quid si decem iusti in ciuitate sint? Cui dominus. Etiam propter decem non delebo. Abijt dominus postq̄ cessauit loqui ad Abraham: et deleuit ciuitates, eo ꝙ non reperirentur in ea decem iusti. Nonne uides instantissimam Abrahami petitionem ac deprecationem his prȩualere nō potuisse, quos suamet iustitia non simul adiuuit? Pauci paucis plagis aut emendantur aut tolluntur e medio, plures pluribus: at commune peccatum omnium totius sæpe ciuitatis procurat excidium. Ergo propria iustitia multum immo totum facit, ipsa sola iuuat. Hæc si roget exauditur, etiam si taceat non obliuioni traditur. Hæc seruat, tuetur, et exornat hominem. Viuas itaq; decenter atq; iuste, meditatus die ac nocte in lege domini, et orans exaudieris, nusq̄ erit ociosa depræcatio iusti, dominus autem plagas, pestes, et alia mala (si qua te concutiant) cessare faciet. Cæterum opto peccator (quod et scio uelle deum) ut eo modo pestem animæ curares, quo pestem corporalem euitas. Opto consyderares inter multa ac grauia pestis remedia, sicut et aliarum egritudinum præcipuam esse causæ remotionem: qua remota, remouetur effectus ut ait Philosophus Peccatum autem sæpissime est causa pestis ac epydimie (sicut abūde diximus) quod si remoueris: adiutore deo facile pestis amouebitur. Non solum pestem, sed nec ullum periculum obesse posse Gregorius asserit, si non id per peccatum fiat. Nulla (inquit) nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. Nec est ullum remedium pestis in corpore, cui non respondeat simile remedium pestis in animo. Secundum enim remedium est euacuatio superfluitatis humorum, Qua ratione multum utilis est flebotomia, solutio, et euacuatio uentris ad curationem pestilentiæ. Spiritualis autem euacuatio, flebotomia, uomitus, aut purgatio: cōfessio est cum orationibus et

[Margin notes: Remedia pestis in corpore: eadē quæ in animo. — 4. Metha. — Grego. — Auicen.]

bus et abſtinentia. Flebotomia iſta ſpiritualis, eſt malarum conſue- Flebotomia ſpiritualis.
tudinum euacuatio, ſolite uoluptatis aſſidua fuga, inueterate conuer
ſationis et peruerſorum hominum deuitatio. Nam hac conſuetudi-
ne peccādi, iſta ſocietate prauorum hominum, adeo ſe uictum, adeo
detentum atq; fatigatum ꝓpheta ſenſit, ut peccatis egre reſiſtere po-
tuiſſet. Qua propter hanc querelam adijcit Inueteraui inter omnes
inimicos meos. Sic ab inimicis meis ſpiritualibus ſuperatus ſum, ſic
a dyabolo, carne, pariter ac mundo lactatus et ineſcatus ſum, ut per
uſum, per frequentationem, exercitium, et familiaritatem in peccato
quaſi cōſenuerim: ut iam ſim debilitatus, labefactatus, et quaſſatus
undiq;, ut uires adeo defecerint, quominus hoſtibus ex meipſo reſi-
ſtere queam. Multorum hæc eſt querela q̄uis impia, multorum iſta Conſuetudo mala quantum nocet.
reſponſio ꝙ hijs uicijs tantiſper inſueuerint, ut aliter aſſueſcere non
poſſint. Quod nolunt, ſe non poſſe reſpondent. O cōſuetudo ma-
la, o conſuetudo deteſtabilis ac damnanda. Intolerabilis et inexcu-
ſabilis eſt: licet eam peccatis ſuis nonnulli pretexant. Aiunt quidam
hoc atq; illud quod alij multi faciūt, ſe quoq; facere poſſe. Alij ſi quis
ſua facta reprehendat: ante centum, ante mille, ante quater mille
annos dicunt homines libidinoſos, uoraces, pigros, et faſtuoſos ex-
titiſſe. Quibus ego reſpondeo, ab exordio mundi peccatores iſtiuſ-
modi non pœnitentes, æterno ſemper addictos eſſe ſupplicio. Alij
(ſi quis ipſorum uitam attingat) cauſantur non ſeſe ſolos, ſed cum
omnibus ferme peccare. Quibus et hoc quoq; ſit reſponſum, ꝙ plu-
res damnentur q̄ ſalui fiant Multi uocati pauci uero electi CHRI- Math. 22.
STVS ait Fereq; fit ut maior pars uincat meliorem. Quare non
eſt imitandum ſi quid peccet multitudo quæ ſemper ſuſpitioſa eſt, et
uergens in deteriorem partem. Multitudo ſociorum (ut Ieronimus Iere.
habet) non ſinit crimen impunitum: nec minus ardet qui cum mul-
tis ardet. Caueamus ergo multitudinem, fugiamus multitudinē quę 1.q.1.multi.
plærumq; ꝓnior eſt ad uitium. Nam conſuetudo plane non minuit,
non excuſat, ſed ſemper auget peccatū et profundius damnat: quæ
quanto diuturnior, tanto damnabilior ait Bernardus. Ideo quod Bernar.
mala cōſuetudo perſuaſit et induxit id bona diſſuadeat ac oblitteret,

et pœniten-

et pœnitentiam agat unusquisq; cum propheta q inueterauerit inter
SS. inimicos suos. Tertium deniq; remedium contra pestem adinuentũ
est,ut quis fugiat aerem infectum,et putria corruptaq; loca declinet,
Tria tuētur et seruant a peste. ut cito fugiat, procul abscedat,tardeq; reuertat: ut cito fugiat inclemẽ
tiam cœli, regionum intemperiem, infectorum et cum infectis uer=
santium contagiosam societatem. Eodem modo pro defendẽda pe=
ste mentis, fugiendum est peccatorum cõmercium: fugiendum cito,
procul aufugiendum, nec ad eos unq̃ reuertẽdum, ne contactum se=
Eccle. I. , mel ulcus inficiat, et latius serpat Quasi a facie colubri fuge peccatũ
ut Ecclesiasticus admonet, Nam (quod Gregorius etiam affirmat)
Grego. , Peccatum quod per pœnitentiam non deletur mox suo pondere ad
aliud trahit. Morbus si medelam non adhibeas, pus et saniem usq;
colligit: et peccatum si non fuga consulas, peruersitatem ac malitiam
adauget. Ideo consultissimum est ut serio peccatores et cito fugias:
Peccatores maxime duabus causis euitandi. ut cito continueq; declines ipsorum consuetudinem. Verus namq;
pœnitens nullus esse potest q̃diu manet in collegio peccatorũ, si non
ab impiorum consortio desistat. Iustorũ autem est, et iustificari uo=
lentium, duplici præsertim de causa, peccatorum euitare sodalitium,
Misericordia mouet, cautela persuadet. Mouet misericordia, ne de=
tur occasio malis ac sceleratis hominibus persequendi iustos, et ĩ eis
deum blasphemandi. Qua in re uenit imitãdus dominus IESVS
qui ne præberet materiam iniquitatis et inuidiæ, ne prębe ret ullum
Ioan. 8. , offendiculum: quando iudei tulerunt lapides ut iacerent in eum ab=
scondit se, et exiuit de templo: qui nonnunq̃ alias Phariseis, Scribis,
et principibus, immo iudeis omnibus cõtentionis ac litigij sua pru=
Math. 10. , denti lenitate subtraxit occasionem: qui discipulos ita monuit ut si
persequerentur eos in una ciuitate fugerent in aliam. Tenentur etiã
omnes ex cautela peccatorum euitare cõmercium: ne si boni sint, ma
Eccle. 13. , li fiant, aut e malis peiores euadant. Nam qui tetigerit picem co=
inquinabitur ab ea, et qui cõmunicauerit superbo induet superbiam.
Fuga peccati pcipue cõseruat hominem. Ergo fugias istud malorum consortium, fugias inq̃ fugias, ne tra=
haris in consimilem culpam, ne deuenias in eandem pœnam, aut u=
troq; modo perturberis. Exemplo traheris ad peccatum, præsentia
truderis ad

truderis ad infamiam. Quoniam ex ſocietate formantur mores, et talis eſſe iudicaberis, cum quibus amicitiam inis aut conſuetudinem habes. Vnde dicit propheta Cum ſancto ſanctus, et cum peruerſo peruerſus eris. Traheris etiam ad peccatum colloquijs prauis Corrumpunt enim bonos mores colloquia praua. Et lingua tertia cōmouit multos, et priuauit eos laboribus eorum. Periculoſiſſimum utiq; eſt inter malos uerſari, ne factis illorum atq; uitæ cōſentias: quibus ſi conſenſeris, eadem noxa teneris obuinctus, Quia Non ſolum qui agunt morte digni ſunt: ſed et qui facientibus conſentiunt. Ideo clamat propheta Eſaias Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere. Ter exeundum aut recedendum admonet a peccatoribus: ut ea triplicatione ſic recedendum oſtendat, ne quis polluatur ab eis in corde ſuo per conſenſum, in ore per colloquium, in opere per malum factum. Sunt iterum euitandi peccatores, ne pœna conſimili plectaris inter eos: quemadmodum in libro Geneſios factum intelligimus Quomodo angeli uenietes ut demolirētur ciuitates impias dixerunt ad Loth. Omnes qui tui ſūt educ de urbe hac. Et Loth locutus eſt ad generos ſuos Surgite, egredimini de loco iſto quia delebit dominus ciuitatem hanc. Qui uiſus eſt eis quaſi ludens loqui: nec ideo uoluerūt eius acquieſcere cōſilio. Quum autem mane eſſet, cogebant angeli Loth dicentes, Surge ne et tu pariter pereas in ſcelere ciuitatis. Et educente s extra ciuitatem dixerunt ei Salua animam tuam. Quid inde ſequebatur? Pluit dominus ignem et ſulphur, ſubuertit ciuitates et uniuerſos habitatores: inter quos fuerunt et illi qui nolebant admoneri. Sic multi qui floccipendunt minas et hortamina recte docentium, qui derident et uelut nugas ac deliramenta reputant ſi qua ſeria ſanctaq; proferantur: nonne cadent in laqueum: nonne cruciabuntur et lugebunt ubi iudicium diuinum ſubito cadet in ceruices eorum? Simile fugiendi conſilium alibi ſcriptura miniſtrat, Omnis (inquit) Iſrael qui ſtabat per gyrum: fugit ad clamorem pereuntium dicens, ne forte et nos terra deglutiat. Dico igitur et ego uobis Fugit Iſrael, et uos fugite Recedite a tabernaculis impiorum, et nolite tāgere quæ

Psal.17. — 1.Cor.5. — Eccle.28. — Rom.1. — Eſa.52.

Triplici ratione recedēdum eſt a peccatorū conſortio.

Gene.19. — Numeri 16 — Ibidem.

gere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini peccatis eorum, ne cum illis affligamini paribus pœnis affecti, quod frequentissime cōtingit. Sic enim ob id fecisse prophetam sequens iste uersus innuit

Vers. 8. TT. DISCEDITE A ME omnes qui operamini iniquitatem quoniam exaudiuit dominus uocem fletus mei. Per fletum, per lachrymas, dolores et singultus, per contritionem stare denotat: ut peccatores, ut inimici spirituales, ut iniquitatis operarij a se seperētur. Nam compunctio præcipua res est, qua quis et peccatum et peccatores ablegat a se, compunctio facillime gratiam impetrat, cō punctio uox est in aure dei sonans: quia lachrymæ pondera uocis habent. Ideo rectissime sancta Iudith admonuit, Postulemus indulgentiam cum lachrymis. Multum ualent iste lachrymæ, efficacissimus est fletus iste pœnitentis Lachrymæ mundant pœnitentis animam, Pœnitentis lachrymæ reputantur pro baptismate. Nam sicut baptismus delet culpam et pœnam: sic et lachrymæ Lachrymæ Petri peccatum negationis abolebant. Lachrymæ angelos letificant, lachrymæ pœnitentiū sunt uinum angelorum, Gaudium est angelis in cœlo super uno peccatore pœnitētiam agente, Lachrymæ seruant et tuentur homines, respublicas, atq; ciuitates: ut quæ regem Manassen ad regnum restituerunt, Niniuitas a subuersione liberabant, Hester quoq; lachrymæ populum asseruabāt, ut infinita huius generis exempla prætercam. Si diligentius Cayn et Iudas lachrymarum uirtutem consyderassent: non desperassent. Lachrymæ petitionem impetrant Sic Anna fletu Samuelem impetrauit a domino. Sic Sara filia raguelis flens obtinuit ut auferretur obprobrium a se Audiuit improperium ab una ex ancillis, q; dæmonium Asmodeus occidisset septem uiros ingressos ad eam: Ipsa tribus diebus et tribus noctibus persistens in oratione cum lachrymis, depræcabatur deū ut se liberaret ab hoc improperio: Et Thobias quoq; propter direptionem, captiuitatem, atq; mortem, cepit orare cum lachrymis: et in illo tempore exaudite sunt præces amborum, in conspectu domini recitate, missus Raphael ut curaret eos. O tu peccator: opto tibi lachrymas. Si cognouisses et tu, si

Margin notes: Cōpunctiōis utilitas. — Judith. 8. — Lachrymaꝵ pōdus et uirtus. — Isodorus. 50. Dis. Pōderet. — Bernar. sup canti. — Luce. 15. — 2. paral. 33. — Ione. 3. — Hester. 4. — 1. Reg. 1. — Thobie. 4.

cognosses

cognoſſes uirtutem lachrymarum: fleres utiq;: Si nunc intelligeres quid fletus proſit, quanta gratia quantaq; uirtus inde conſequatur: non dubito quin frequenter ad lachrymas confugeres. At quiſpiam inſolentior ait Quid deplorem haud inuenio. Miſerrime, materia plorandi quocunq; te uertis, occurrit: ante mentis oculos ſemper adeſt occaſio lachrymandi. Si leues oculos in cœlum offert benigniſſimus ſeſe deus: quem toties ac tam grauiter peccatis tuis offendiſti. Si deorſum aſpicias, ſi demittas oculos in terram, miſerrima cõditio hominum qua tam procliuis es ad libidinem, ad omne malum: ſi infra terram, infernus obuiat: in quo ſupplitium æternũ ſuſtinere mereris ob peccata quæ cõmittis. Antrorſum diſtrictum dei iudicium uiſes, ut merito perhorreſcas et lachrymeris, Retrorſũ peccata quæ trutinanda ſunt in eo iudicio, iuſteq; punienda. Introrſum oculos ſi recipias: ibi conſciẽtiam uitijs et noxijs undiq; maculatam intueris: Sin extrorſum abeas, oculosq; reflectas ad ea quæ foris ſunt: mundum fallacem, inſidioſum, et præſtigiatorem quem tam ſtulte coluiſti, præſentem inuenis. Quonam igitur ibimus, et quo uertemus oculos, ubi materia fletus non redundabit? ubi non ſe lachrymarũ præbebit occaſio? Propter hæc neceſſe eſt ut ſæpe fleamus, pœnitẽtiam agentes: neceſſe eſt ut diſcedamus ab omnibus qui operantur iniquitatem, ſic redempturi peccata Quoniam exaudiuit (inquit ꝓpheta) dominus uocem fletus mei. Quunq; per fletum miſericordiam et gratiam impetraſſe ſe ſciat: uale peccatis et peccatoribus dicit, inimicos expugnatos ex omni parte profligat, tanq̃ ouando aut triumphando ſubnectens Diſcedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Non eſt ueſtrum ultra me tentare, non ullis inſidijs aut dolis impetere. Quid enim me ſeperabit a charitate dei? uel ſi malitia ueſtra ceſſare nolit: certe uobis non patebit aditus in me, quem charitas diuina protegit. Me diuidere non poteſtis a gratia dei quæ me liberauit a uobis, me ſibi uindicauit, et perpetuo ſuum eſſe fecit. Hæc nempe gratia munimento eſt mihi, tantumq; ualet ad pericula propulſanda quę uos ingeritis, ut per eam in hac uita ſeperatus ab impiorum conſortio: meriturum eſſe ſperem, ut quum ante tribunal

Plorãdi materia, quocũq; te vertas.

Christi IESV sistendus sum, uitam possidere possim æternam: quam præparauit deus dilīgētibus se. Sic, sic exaudiuit dominus uo
Vers. 9. VV. cem fletus mei EXAVDIVIT DOMINVS depræcationem meam, dominus orationem meam suscepit. Ecce qualiter exultat propheta, qualiter tripudiat et gloriatur, q̄ dominus et depræcationem et orationem suam exaudiuerit. Est enim depræcatio qua petimus ut expellatur malum ac euitetur, Oratio uero qua supplicamus ut bonū consequi perficereq; ualeamus. Ipsæ peticionem utrāq; nactus erat Et ideo sæpius eandem rem iterat ut sibi iocundissimam esse demonstret. Ecce quomodo proponit, duplicat, immo triplicat: Ecce quomodo multiplicat hanc gratiosam exauditiōem sui. Ter applaudendo se pronunciat exauditum a domino Exaudiuit (inquiens) dominus uocem fletus mei: Exaudiuit dominus depræcationem meam, et dominus orationem meā suscepit: Dominus petitionem, dominus supplicationem meam acceptauit. Est et aliud quod oratio cū deprecatione nobis intelligendum exhibeat. Deprecamur a peccatis et interiori tribulatione liberari cupientes: Oramus ut gratia nobis elargiatur. Per utramq; precem exauditū se propheta declarat. Nec superuacanea uel mysterio cassa debet existimari terna repetitio uocabuli dominus. Quandoquidem sanctissimam trinitatem aperte designat, et eādem nostris pijs ac humilibus ex animoq; fusis semper adesse præcibus. Nam dominus pater, dominus filius, dominus spiritussanctus: tamen non tres domini sed unus est dominus. Exaudiuit pater, exaudiuit filius, exaudiuit spiritussanctus. Nam misericors pater, misericors filius, misericors spirirtussanctus. Misericordem patrem Paulus approbat inquiens Pater misericordiarum, et deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Pater inquit misericordiarum Quia q̄uis seuiat aliquando pater aut flagellet, pater tamen est, quantumuis affligit, quantumuis castigat aut conterit, pater misericors est. Quare tu fili si tam grauia patiaris, si tantopere molesteris ut tristari plorareq; cogaris: at plora sub patre, plorare te scito sub paternis alis. Qualiacunq; pateris noli murmurare, noli recalcitrare, nolis indignari: sed,

Depræcatio et oratio intersunt.

Athana.

Misericors pater, filius, & spiritussāctus.

2. Cor. 1.

Expo.

gnari: sed, sed patienter ac animo forti ferre memento. Medicina est non uenenum quod sentis, uitale non mortiferum quod pateris, castigatio non damnatio quam sustines. Idcirco noli curare pœnam ne an refrigerium, gaudiū an tristitiam pater exhibeat, qui nihil non paternæ facit. Noli curare qualem pœnam aut quale flagellum pateris: sed quantum inde pręmium nancisceris, qualem in hæreditate dei locum acquiris attente cogita. Ipsæ legauit hæreditatem tibi suam cum filio suo Hæredes enim dei sumus: cohęredes autem CHRI- , Rom. 8.
STI. Sed humanorum patrū indulgentia uix te credere sinit, istiusmodi seueritatem cum paterna clementia conuenire: scito tamen esse uerissimum quod scribitur Quomodo miseretur pater filiorum, mi- , Psal. 102.
sertus est dominus timentibus se, Mortalis pater sępe ꝑdit cui par- ,
cere uult, cœlestis seruat quem flagellando perdere uidetur: Cœlestis sic fouet ut fouendo doceat, uirtutibus armet, et salutem omnino cōseruet: mundanus fouendo sæpe corrumpit: Veraciter eū animum gerit in filium pater æternus, cuius simulachrum terrenus pater habet. Sed et filij de patre testimonium accipe, et paternam misericordiam edocētis, et ut eandem imitemur exhortantis Estote misericor-
des sicut pater cœlestis misericors est. Misericors quoqꝫ filius est , Luce. 6.
Venit enim filius saluare quod perierat. Eccam aduentus causam , Math. 18.
Venit ut peccatores saluos faceret: et ideo uocatum est nomen eius , Math. 1.
IESVS quia saluum fecit populum suum a peccatis eorum. Sed quomodo liberauit nos a peccatis? Dilexit nos, et lauit nos a pecca-
tis nostris in sanguine suo. In sanguine purgauit, in sanguine lauit, , Apoc. 1. Expo.
in sanguine redemit, in sanguine suo nos saluos fecit propter magnā dilectionem suam, propter charitatem immensam et misericordiam ineffabilem: non propter ullum præcium, non propter retributionem aliquam. Quæ maior esse potuit q̄ ista filij misericordia fuit? Spiritussanctus etiam misericors est: cuius misericordia per opera quæ quotidie facit et facturus est intelligitur Ipsæ docebit uos , Ioan. 16.
omnem ueritatem ait Ioannes, Docebit inquam quamcunqꝫ necessariam ad salutem. Ipsæ nos illuminat, ipsæ docet omnes, sed alios
alio modo: multos inspirando, nonnullos aliter illustrando. Spiri- , Ioan. 3.

tus ubi uult et quando uult ſpirat, in quibus uult et quando libet operatur, omnia per illum adminiſtrantur quæ recte geruntur.

.1. Cor. 12. Diuerſitas donorũ ſpiritus.

Vnicuiq; datur manifeſtatio ſpiritus ad utilitatem: alij per ſpiritũ datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ, alteri fides in eodem ſpiritu, alij gratia ſanitatum, alij operatio uirtutum, alij prophetia, alij diſcretio ſpirituum, alij genera linguarũ, alij interpretatio ſermonum Hæc omnia operatur unus atq; idem ſpiritus: diuidens ſingulis prout uult, Iſte ſpiritus optima maxima facit et operatur in nobis. Principio nos incitat et inducit ad faciendum quod bonum eſt

Pſal. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam inquit alibi ꝓpheta: quia ſpiritus meus malus deduxit me in terram impiam et peruerſam. Si quis autem diligentius noſtram pronitatẽ ad peccata conſideret, nonne uidebit ut quemadmodum multa ſed minora uitia perpetrauimus: ita laberemur in plura multoq; grauiora, laberemur in omnia niſi nos ſpiritus ſãcti gratia cõmuniret? Sic comparatum eſt ut alij ſint alijs ad peccata proniores, ut hic lubricus ſit et in peccatum irruat, ille fortiter abſtineat. Sed cuinam hoc referetur acceptum ut hic tam cito ſuccumbat, ille tam diu reſiſtat immo nunq̃ cedat? an meritis noſtris? Non plane meritis: ſed gratiæ, ſed bonitati dei, ſed operationi ſancti ſpiritus. Audi pſalmographum

Pſal. 93. Niſi quia dominus adiuuit me: paulominus habitaſſet in inferno anima mea. Ipſe nos protegit, ipſe nos munit et cõſeruat, ipſe fert auxilium et confert gratiam. Tutatur ipſæ nos aduerſus omnia mala, tribuit uirtutem peccato reſiſtendi, uel quando labimur ab eodem reſurgendi, ſtabilit in uirtute pœnitentiæ, confirmat in bono, perducit ad gloriam. O trinitatis almum beneficium

Pſal. 147. Flauit ſpiritus eius et fluent aquæ. Hijs aquis gratiæ, hijs aquis pœnitentiæ lauantur iniquitates et maculæ conſcientiæ, remittuntur peccata, delentur facinora, tolluntur omnia noxia: quibus ab omni parte ſublatis quicunq; penitens dum rogat exauditur, exauditus (mirum) quantum interni ueriq; gaudij percipit. Propheta ſic exauditus, o quãta, q̃ mira, q̃q; ſyncera gaudia ſenſit? Intelligens ſe liberum a ſeruitute periculoq; peccati, gaudio, plauſu, tripudio

ſu, tripudio gratulabatur ſibi, gratulabatur ob peccatorum abſolu‑tionem et abſolutam gratiæ conſecutionem: quę tam efficax et operoſa fuit in eo, quæ tantam charitatem indidit: ut non ſibi ſolum, ſed et alijs peccatoribus, ſed inimicis quoq; ſuis eãdem gratiam exoptaret. Optabat etenim ut conturbati de peccatis erubeſcerent, erubeſcendo cõſcientiam emundarent et citiſſime pleniſſimeq; conuerſi reſipiſcerent. Id quod expoſcens ſubiungit ERVBESCANT ET CONTVRBENTVR uehementer omnes inimici mei: conuertantur et erubeſcant ualde uelociter. Vides o peccator neceſſariam eſſe peccatorum erubeſcentiam. Qui uitioſam et ſceleratam uitam exegiſti, erubeſcas exactam. Qui peccando fueras inuerecundus, neceſſe eſt ut pœnitendo uerecundiam oſtendas: non ut reuelare cõmiſſa ſuppudeſcas, ſed ut cõmiſiſſe pudeat. Eſt enim duplex uerecundia, pudor, aut confuſio. Eſt confuſio bona, eſt mala, Eſt confuſio adducens uitam, gratiam, et gloriam: et eſt confuſio adducens mortem. Hæc mala uerecundia hæc confuſio multas res bonas impedit, ſemper benefactis obſiſtit, Confeſſionem, orationem, et gratiarum actionem, haud permittit, Contemptum diuinorum præceptorum ſacrarumq; concionum neglectum efficit. Multi namq; perperam erubeſcunt bonarum rerum aliquid uel facere uel loqui, bonorum ſtudiorum aut rectarum intẽtionum aliquid pręſeferre, ne malis hominibus et improbis contubernalibus habeantur ludibrio. Quibus apoſtolus Paulus exemplum ſui proponit imitandum inquiens Non erubeſco Euangeliũ Non erubeſco quicquid eſt boni ac honeſti coram uel dicere uel facere, Non erubeſco tanq̃ fauſtus nuncius quicquid eſt bonum ac ſalutiferum ad omnes indifferenter adducere. Siquidem omne bonum et quicquid ad ſalutem animæ pertinet: continetur in Euangelio, Scilicet non erubeſces id facere id q; docere, quod hortatur alibi propheta Declina a malo et fac bonum. Si non inſtituti tui et profeſſionis in baptiſmo te capiat obliuio: ſi recorderis cum ſigno crucis frontem (in qua uerecundię ſedes eſt) criſmate linitam tam in baptiſmo q̃ confirmatione: ſcies id inter alia factũ iri, ut nec euan‑

Marginalia: Verſ. 10. XX. — Verecundia duplex. — Eccle. 4. — Rom̃. 1. — Expo. — Pſal. 36.

gelij ueritatem, officium, aut ullam rectam actionem usq̄ prosequi uerecunderis. Non hanc, sed uerecũdiam bonam optat et præcatur inimicis suis propheta, nedum amicis itidem optaturus. Illam sic Bernardus explanat, suis q3 dotibus insignit Verecundia est expugnatrix uitiorum, propugnatrix puritatis, gloria consciẽtiæ, custos famæ, decus uitæ, sedes uirtutis, nuncius timoris erga deum. O nutrix alma uirtutum, o uitiorum omnium expultrix egregia, o basis et fundamentum humanæ uitæ uerecundia. Hanc publicanus habuit qui uultum defigens in terram non audebat oculos nec ad cœlũ tollere, sed pectus humillime tundens attentissime clamabat Deus ꝓpitius esto mihi peccatori. Successerat enim pudor impudentiæ qua deliquerat, peccatis peccatorum execratio quibus ut degener filius pientissimum patrem offenderat. Habuit hanc filius prodigus, qui peccati conscius animoq3 perculsus, exclamauit ingenti cum affectu Peccaui pater in cœlum et coram te. Pater autem accurrens amplexus est ista uerecundia præditum. Ecce quid præstet amica uirtuti uerecundia, ecce qualiter animum humanum ad pœnitentiam inducat, et deum moueat ad misericordiam. Nam (quod etiam dicit Augustinus) Verecundia est magna pars pœnitẽtiæ, quia laborat mens humana patiendo uerecũdiam: et quia uerecundia magna pœna est, ideo qui uerecundatur fit dignus uenia. Propterea tam anxie ꝓpheta laborat, ut hoc incrementum, immo firmamentum pœnitentiæ deus concedat inimicis suis, hoc est cunctis peccatoribus. Erubescant inquit: ut pre pudore præq3 timore dei cessantes a peccatis, incipiant deinceps bene operari, studiose q3 uiuere. Erubescant et cõturbentur Merore peccati cõmissi quatiantur, sentiant murmur animi remorsumq3 conscientiæ, sentiant infecti corrupti q3 pectoris inquietudinem et angustiam, sentiant, et cõtriti doleant. Doleant autem et conturbentur uehementer. Adeo conturbati tristentur, ut emendent et solide resipiscant: ut a peccato fugientes, ad nirtutis culmen ascendant. Erubescant et conturbentur omnes inimici mei: oẽs peccatores. Ecce, ecce rem amabilem memoratuq3 dignissimam, ecce pectus sincerum uereq3 christianũ: en charitatem quam Christus postea dis-

Bernardus sermone. 89. sup Canti.

Verecundiæ effectus.

Luce. 18.

Luce. 15.

Augusti.

Propheta pro inimicis etiam orat.

postea discipulos, et per discipulos nos omnes edocuit. Si pro solis a=
micis exorasset, quæ gratia? Fit inter amicos mutua retributio, nec
expectatur retributio dei. Sed orat propheta pro salute tam inimi= YY.
corum q̃ amicorum. Qui nominatos audit inimicos: quis amicos
interim credet omissos? Hæc charitas et dilectio tanta fuit in Dauid,
ut iterum atq; iterum eundem exprimere cogeretur affectum, Con=
uertātur inquiens et erubescant, cōuertantur et erubescant ualde ue=
lociter Conuertantur ad te domine sicut auersi sunt a te. Auersi sūt
corde, auersi sunt ore, opere, consuetudineq; peccati Quatuor hisce
modis oro et obtestor ut conuertantur ad te deus meus. Nec multū
dissimili rogatu filius eius Salomon christianā, sed peccatricem ani=
mam alloquitur Reuertere reuertere sunanimitis, reuertete reuertere
ut intuamur te. Reuertere a cōcupiscentia prauaq; delectatione cor= , Cant. 6.
dis, reuertere a fedo et blasphemo colloquio, reuertere a nequissimis , Expo.
operibus, a factis impijs et iniustis, reuertere ab improba, a detesta
bili mortiferaq; peccandi consuetudine. Verum regrediamur ad Da=
uidem. Conuertantur ait omnes inimici dei qui et inimici mei sunt,
peccatores omnes. Nec solum conuertantur, sed et erubescant: ut
quemadmodum coram et (ut ita dicam) in facie populi uidentur esse
conuersi: sic intra penetralia cordis erubescant, ut habeant non so=
lum exteriorem effigiem et imaginem, sed interiorem quoq; pœnitē=
tiæ ueritatem: ut habeant perfectum compunctum et remorsum cō=
scientiæ, ut stimulum doloris largum et intensum persentiant, ut ual
de uelociter erubescant. Velociter inquit, ut conuerti maturent, ut ci
to quod facto est opus faciant, neq; diu peccatorum sordibus inuo=
luti iaceant: sapienter animaduertens q̃ periculosum sit peccatis assu
escere, q̃ formidolosum seruituti uitiorum mancipari, q̃ deniq; perni
tiosum peccatorum laqueis irretitum et noxijs illecebris esse cathena
tum. Valde uelociter ergo conuertantur inquit. O præsentis oratio
nis efficaciam, o sanctam, misericordem, piam, deo gratam et accep=
tabilem orationem: qua quis synceram uitæ suæ correctionē exorat,
liberationemq; periculi peccatorum: qua pro se laborat et alijs ad dei
clementiam, qua per uitæ nouitatem ac resipiscētiam sibi ueniam ro=
gat ac inimi=

gat ac inimicis, qua suam et aliorum omnium conuersionem efflagitat. O charitatem magnam, miram et inextinctam, Multum iuuat hæc oratio pœnitentes in ista pugna quæ cum dyabolo geritur, contra mundum suscipitur, et aduersus carnem initur. Hæc oratio charitate subnixa capitale cum peccatis odium habere docet, hæc liberationem ab inferni pœnis et purgatorijs exquirit, hæc fortes, uegetos et alacres in spirituali bello facit, hæc dei gratiam obtinet et obtẽtam conseruat, hæc ad gloriam et fruitionem dei prouehit, prouehit
.1.Cor.2. ad æterna gaudia, gaudia quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hoĩs ascenderũt, quæ dignetur
nobis concedere dominus noster Iesus Christus,
cui sit laus,
honor et gloria. Amen.

¶ Impress. per me Richardum Pynsoñ.

fflagi=
iuuat
r, con=
o cha=
c libe=
, uege=
t obtẽ=
ouehit
au=